


R/84

F·P·F·V·L·

GENTII CHRISTIANI PHI  
losophi Mythologiarum libri tres, in  
eiusmodi enarrat quid omnes insignio-  
res iuterū fabulē significant, quo dō  
cendi genere, miscentes utile dulci, sa-  
pientissimē ~~oophorālē~~ poētæ & forma-  
uere mores & rerum tradi-  
diderunt caūssas.

HIS NŌN TEMERĒ, O PI-  
nor, adiunxitnus græcum autorem  
PALAEPHATVM de fabulis su-  
is prafidem conflictis. Philip-  
po Phasianino Ita  
lo intérprete.

BASILEAB EXCVDEBAT  
HENRICVS PETRVS.



0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14


R/8478

F· P· F· V· L·

GENTII CHRISTIANI PHI  
losophi Mythologiarum libri tres, in  
quibus enarrat quid omnes insignio-  
res veterum fabulæ significant, quo do-  
cendi genere, miscentes utile dulci, sa-  
pientissime ~~coquuntur~~ poëtæ & forma-  
uere mores & rerum tradi-  
didérunt cauſas.

HIS NÓN TEMERÉ, OPI-  
nōr, adiunxiimus græcum autorem  
PALAEPHATVM de fabulis su-  
prā fidem conflictis. Philip-  
po Phasianino Ita-  
lo interprete,

BASILEAB EXCVDEBAT  
HENRICVS PETRVS.



# VITA FVL

GENTILIS EX IOANNE TRI  
TENHEIMIO.



Vigētius episcopus Ruspe  
sis in Aphrica, uir in diu  
nis scripturis eruditissimus.  
& in secularibus literis no  
biliter doctus, ingenio subtilis, sensu  
profundus, eloquio dulcis, disertus &  
nitidus, ad docendū facilis, ad arguēdū  
acer, ad persuadēdum idoneus atq; mi  
tissimus fuit, qui nō minus uitæ sancti  
monia, quā sciētia scripturarū clarissi  
mus effulgit. Scripsit multa egregia uo  
lumina: De quibus subiecta feruntur.  
De gratia dei & libero arbit. Lib. 7.  
De ueritate prædestinationis. Lib. 2.  
Alteratio cū Trasemūdo rege. Lib. 1.  
De prædestinatione ad Monimi. Lib. 3.

22 Ad Ferrā

## V I T A

Ad Ferrandum diaconem.	Lib. 1.
De continentia coniugali.	Lib. 1.
De uirginitate ad Probam	Lib. 1.
De oratione ad eundem	Lib. 1.
De sancta trinitate	Lib. 1.
De remissione peccatorum.	Lib. 2.
Regula ueræ uitæ.	Lib. 1.
De charitate ad Eugipiū abbatem	Lib. 1.
Depœnitētia ad Venantiam.	Lib. 1.
Ad Theodorū senatorem.	Lib. 1.
Ad Gallam uiduam.	Lib. 1.
De fide ad Donatum.	Lib. 1.
De sacramento incarnationis.	Lib. 1.
Sermonum multorum.	Lib. 1.
Quæstionum diuersarum.	Lib. 1.
Mytologiarū ad Catū presbyterū.	li. 3.
De obstrusis sermonibus	Lib. 1.
Virgiliane cōtinentie moralizat.	lib. 1.
De immensitate filij dei.	Lib. 1.
De Mysteri	

## F U L G E N T I I .

De mysterio mediatoris.	Lib. 3.
Epistolarum addiuersos.	Lib. 1.
Hemilieg quoq; innumerabiles.	Lib. 1.
Adā sine a, Abelsine b,&c.	Lib. 1.
De passione domini.	Lib. 1.
Sed & alia multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non uenerunt. Erat enim tam græco quam in latino sermo ne imbutus. Notandum uero quod libri de Adā sine a titulus est: Liber sine lite ris, scilicet de Adā sine a, de Abelsine b, de Cain sine c, & sic de cæteris secun dum consequentia liter arum. In libro autem cuius titulus est: Expositio Vir giliane continentie, secundum philoso phos morales, mirabili industria aurū in luto, ut sic dicā, quæsiuit, & inuenit, dum opus poëte ad physicā rationem inclinauit. Scriptis hoc opus ad quendā	
a 3	diaconū

V I T A.

diaconum. Aliud uero Mytologiarum ad Catum Presbyterum Carthaginem sem, & de abstrusis antiquorum sermo nibus ad Calcidium gramaticum, iam senem, cum ipse ad huc iuuenis esset, & literarū humanitatis scholæ doctor & rector. Claruit temporibus Trajani mūdoris Vuandolorum, catholicas ecclēsias persequens sub Anasta ssio imperatore.

Anno Domini  
ni.D.

S INDEX

M E M O R A B I L I V M F A  
bularum, quæ huic libro insunt.

	Ctæon à canib. deuorat	92.
	Aetæonis fabula	62.
	Admeti fabula	51.
	Adonis & Myrrhæ fabula	72.
	Æoli fabula	105.
	Alcestis fabula	51, & 128.
	Alphei & Arethusæ fabula	80.
	Amaltheæ cornu fabula	153.
	Amazonum fabula	121.
	Antæi & Herculis fabula	41.
	Apollinis fabula	21.
	Apollinis & Marsyæ fabula	73.
	Arethusa & Alphei fabula	80.
	Argus cur dicitur à Mercurio occi- sus	28.
	a 4 Atalantæ	

## INDEX.

Atalantæ & Milanionis fabula	102.
Atys & Berecynthiæ fabula	64.
Bellerophontis fabula	114.
Bellerophontis & Pegasi fabula	59.
Berecynthiæ & Atys fabula	64.
Briarei & Cotti fabula	107.
Caci & Herculis fabula	40.
Cadmeæ sphingis fabula	96.
Cænei fabula	100.
Callistonis fabula	103.
Centaurorum fabula	54. & 87.
Cerberi fabula	127.
Cereris fabula	20.
Cetis fabula	124.
Cornu Amaltheæ fabula	133.
Corui fabula	22.
Cotti & Briarei fabula	107.
Cupidinis & Psyches fabula	66.

Cygni

## INDEX.

Cygni fabula	101.
Cygni & Ledæ fabula	52.
Dædalif fabula	108.
Dædali & Icarii fabula	101.
Dionysij fabula	51.
Diomedis equi homines commeden- tes	93.
Duratei equi & Troiæ fabula	104.
Endimionis & Proserpinæ fabula	56.
Europæ fabula	104.
Eurydices & Orphei fabula	77.
Fatarum fabula	19.
Furiarum infernalium fabula	18.
Ganymedis fabula	29.
Geryonis fabula	110.
Gygantum fabula	65.
Glauci fabula	111.
a s Glauci	

## INDEX.

Glauci marinifabula	112.
Gorgonum fabula	29.
Harpyiarum fabula	19.
Harpyiarum & Phinei fabula	79.
Hellæ & Phixi fabula	116.
Herculis & Antæi fabula	41.
Hercu'is & Omphales lydiæ fabula	39.
Herculis & Caci fabula	40.
Herculis fabula	124.
Hero & Leandri fabula	63.
Hesperidum fabula	106.
Hominis è fraxino generatos	123.
Hyacinthi fabula	135.
Hydræ fabula	125.
Icari & Dædali fabula	101.
Idolum unde dictum sit	14.
Iouis fabula	131.
Iunonis fabula	36. & 137.
Ixionis & Centaurorum fabula	54.
Ladonis	

## INDEX.

Ladonis fabula	36.
Lauri fabula	22.
Leandri & Hero fabula	63.
Ledæ & Cygni fabula	52.
Liberi patris fabula	51.
Lyncei fabula	100.
Marsyæ fabula	134.
Marsyæ & Apollinis fabula	73.
Medeæ fabula	131.
Mercurij fabula	26.
Mercurius quare pennas habeat	27.
Mercurirus quare uirgam ferat	27.
Mercurius quare Galerū habeat	27.
Mercurius quare Gallū habeat	27.
Mercurius cur Hermes dicatur	27.
Mercurius cur fur dicatur	28.
Mercurius cur celer dicatur	28.
Mercurius cur Argū occidisse dicat	28.
Metræ fabula	109.
Midæ	

## I N D E X.

- Midæ regis & Paetoli fabula 48.  
 Milanionis & Atalantæ fabula 102.  
 Mineruæ fabula 35.  
 Mineruæ & Vulcani fabula 49.  
 Musarum nouem fabula 22.  
 Mirrhæ & Adonis fabula 72.  
 Neptuni fabula 17.  
 Niobe in lapidem 99.  
 Omphales lydiæ & Herculis fabula 39.  
 Omphalis fabula 132.  
 Orphei & Eurydices fabula 77.  
 Orphei fabula 122.  
 Orionis fabula 94.  
 Paetoli & Midæ regis fabula 48.  
 Pandoræ fabula 123.  
 Parcarum fabula 19.  
 Paridis Iudicij fabula 34.  
 Pasiphaen in taurum 90.  
 Pegasi & Bellerophontis fabula 59.  
 Pelei

## I N D E X.

- Pelei & Thetidis fabula 70.  
 Pelopis & equorum eius fabula 115.  
 Perdicis Dedali nepotis fabula 66.  
 Persei fabula 29.  
 Phaethontis fabula 25.  
 Phinei & Harpyiarum fabula 79.  
 Phinei fabula 109.  
 Phaonis fabula 135.  
 Phorcyni filiarum fabula 118.  
 Phrixi & Hellæ fabula 116.  
 Plutonis fabula 18.  
 Promethei Iapeti filij fabula 43.  
 Proserpinæ fabula 20.  
 Proserpinæ & Endimionis fabula 56.  
 Psyches & Cupidinis fabula 66.  
 Pythonis fabula 26.  
 Sirenum & Vlyxis fabula 46.  
 Scyllæ monstrosæ fabula 47.  
 Sol quare sine barba 26.  
 Sol

I N D E X.

Sol cur pater dicatur	26.
Saturni fabula	16.
Scyllæ fabula	107.
Tantali regis fabula	55.
Thetidis & Pelci fabula	70.
Triphi fabula	26.
Tricerberi fabula	18.
Troiae & Duratei equi fabula	104.
Tyresiæ Thebani Auguris fabula	42.
Veneris fabula	37.
Veneris Adulterij fabula	45.
Vlyxis & Sirenum fabula	46.
Vulcani & Mineruæ fabula	49.
Vulpis fabula	98.
Zethi fabula	130.

FVLGEN  
TII EPISCOPICAR THAGI  
nensis Mythologiarum ad Catum Presby-  
terum Carthaginem, Liber  
primus.



Vales inefficax petat studiu-  
res que caret effectu, et ubi  
emolumenitum deest et nego-  
cij causa cesseret inquiri, hoc  
uidelicet pacto, quia nostri te-  
poris aerumnosa miseria non  
dicendi petit studium, sed ui-  
uendi slet ergajulum, nec fame assisterendum poëticæ,  
sed fami consulendū domesticæ, citq; nunc aut quod  
misericreas, aut quod edas inquiras, quā quod dicas  
inuenias. Vacat hōc tēpore potētibus opprimere, prī-  
oribus rapere, priuatim perdere, misericreas. Quid  
foles domine meas cachinnantes sepius nemus lepo-  
re Satyrico litas lubentius afficere, dum ludicro tan-  
ta uentilans Epigrāmate comēdica solita est uerius  
litate mulcere. Additur quia et ubi nuper imperas-  
se dinosceris, ut ferias adfatum tuarum aurium se-  
des lepido quolibet susurro permulceam. Parumper

A ergo

ergo disculta dū tibi rugosam sulcis anisibus ordior  
fabulam, quāmen puper Attica soporāte falsura noctur  
na p̄sulc lucerna cōmentus sum, ita somniali figura  
to delusam, quo nō poētā furentem spicias, sed oni-  
rocritem soporis nugas ariolantem aduertas. Nec  
enim illas Heroidarum arbitris lucernas meis p̄s-  
siles libris, quibus aut supicillia procacitas aut Psy-  
ches curiositas declarata eſt. Neq; illam quae māritū  
<sup>t</sup>Phedrāt Phedriam in tumulum duxit, aut Leādricus natatus  
intercepit, sed quae nostrum Academicū Rhetorē ita  
uſq; ad uitalem circumtulit, quo pene dormiente sc̄  
pione in cœli ciuem efficerit. Verā res publica uideat  
quid Cicero ēgerit. Me interim discedentem à te  
domine dum quasi urbanis extorrem negotijs, rurda-  
lis ocij torpor astringeret, euitans ærumnos a calamī-  
tatum naufragia, quibus publice incessabiliter uexan-  
tur actiones. Arbitrabar agere ē secure adipisci quic-  
tem, ut procellis curarū cœlantibus quo in torparem  
urbana tempeſtas exciderat, uelut Halcyone nūdū  
placitam serenitatem uillatica semotione tranquillior  
agit uſsem, sotisq; in fasilla silentij raucisonis turgi-  
orū clāſticis, quibus me Galactici quassauerant im-  
petus defecatas silentio uitā agere creditabam, ni-  
me illuc quoq; moerorum improbior angina seque-  
retur, felicitatisq; nouerca fortuna, que amarum,  
quod ea

quoddā humanis interscrit semper negotijs, me quasi  
pedissequa sectaretur. Nam tributaria in dies cōuen-  
tio compulsantium pedibus limen propriū triuerat,  
nequa inditionum ac momentanea proferebant genera;  
Quasi Myda rex ex homine uerteter, ut locupletis  
tactus rigens auri materia sequeretur. Credo etiam  
Factoli ipsius fluenta cōdictis frequētibus desiccasse;  
Ne hoc tantum miseriarū ergastulū sat erat ad de-  
batur his, quod etiā bellici frequentē incursus pedis  
domi radicē infigere iuſſerant, quo portarū nostra-  
rum pessulos aranearū casib; oppletos quispiā non  
uideret. Agorū erim dominium gentes cōperant,  
nos domorū fructus enim nostros expectare licuit  
non frui. Merces quippe nobis fuerat gentilis, si uel  
ad manendū clausos relinquerent, sed quia nūquā  
est malū immorū tale mortalibus, tandem domini Re-  
gis felicitas aduentantis, uelut solis, crepusculū mū-  
do tenebris dehincdib; pauores absterrit. Et post  
torpentes incessus, que ita bellicū proſligauerat inter-  
dictū licuit tandem arua uisere, limites circuire. Egredimur  
nauitarū in more, quos tempeſtatū flagitamē-  
to cōfractos, exceptata redites excipit ripa, & uelut  
parietū indumentis exuti post domesticas stationes am-  
bulare potius discimus quā progredimur, & Maro-  
nus uersuſ coſimiles; Tandem liber equus campo po-

A 2 titur aper

titur aperto. Intuemur arua, quibus adhuc impressae bellantium plantae muricatos (quod aiunt) sigillau-  
rant gressus, et formidine menti nondū extersa, hostes  
in uestigij pauebamus. Terrorem enim pro sui me-  
moria miles hostis heredem reliquerat. Sed Troe-  
dum in morem ostentabamus alterutrum loca, quorū  
recordationem aut internatio celebrior faciebat, aut  
preda, tandem inter sentosa nemorum fruteta que  
agrestis olim deferuerat manus. Nam inter capedi-  
nante pauporis prolixitate, tam largo fumo lurida pa-  
rietibus aratra pendebant, et laboris fra boū colla-  
ingales in uaccinam molliciē deduxerāt callos. Squa-  
lebat uiduus fulcis ager, et herbidis sentibus oliui-  
fero uertici minabatur. Ita enim nexili de syrmate  
meandrico gramine labrusca coibat, quo septa her-  
bosis radicibus tellus, triptolemicum contumax ab-  
nuerat dentem. Ergo dum huiusmodi paliurea pyra  
incedente premerem planta, et roscidos florulentii  
uelleris colles spatianti metirem passū, defīctū uolun-  
tas peperit egredientis studio, sed utilitas ex labore  
succēpit. Diuertor arborei beneficium umbraculi præ-  
sumens, quo me erranti foliorū intextu Phoebi à torri-  
dis defensaret obtutibus, et circumfluā ramorū um-  
bram quam proprijs radicibus præberet, nibi etiam  
concederet eis cōmūrem. Nam me anūm quēdam  
hernilitas

uernilitas, quæ fragili quadam dulcedine crispantes  
fibulos cornicis adūnt organulis, ad hoc opus alle-  
xerat, et laboris tam subita requies quoddam carmi-  
nis expectabat melos.

**T** Heppia des, hippocrene  
Qua spumanti gurgite      Quid  
Irrorat loquacis nympi  
Tinctas haustu musico,  
Ferte gradum properantes  
De uirectis collium,  
Vbi guttae florulente  
Mane rorat pīrpure,  
Hamor algens quem serenis  
Astra sudant noctibus:  
Verborum canistra plenis  
Reserata flosculis,  
Quicquid per uirecta tempe  
Rapiat unda proluens  
Hinnientis et recursus  
Quam produxit ungula.  
Quicquid Ascreus aeterna  
Rupe pastor cecinit.  
Quicquid ex Athlantis Gaziis  
Vestra primum horrea

A 3 Quod

Quod cecinit pastorali  
 Maro sylua Mantue.  
 Quod Meonius Ranarum.  
 Cachinnauit prælio.  
 Parrhasia candicanti  
 Dente lyra concrepēt:  
 Ad meum uictus carmen,  
 Secula nuper confluant.

**H**oc itaq; sacrificali carmine Gorgonei fontis  
 aspergine mādidas & præpetis ungula rī-  
 uo merulentas Picridas abstraxi. Astiterant itaq; syre-  
 mate nebuloso lucide terne uiragine, bædera largio-  
 r e circumflue, quarum familiaris Calliope, ludibrio  
 palmulæ tactu meum uaporas pectusculum, poëtice  
 pruriginis dulcedine sp̄ argit. Erat enim grauido (ut  
 apparebat) pectore, crine neglecto, quem margari-  
 tis prænites diadema constricterat, talo tenus bis tin-  
 etiam recolligēs ueste. Quod credo & itineris pro-  
 pier difficultatē, & ne Meandricos tam subtilis ele-  
 menti aliquatenus limbos aculeati herbarum uertices  
 scinderet. At si propter ergo erectus in cubitu, uene-  
 ratus sum uerbosam uiragine olim mihi poëticō uel-  
 gitam euidentius testimonio. Nec im' nemor cuius uer-  
 bosas fabulas propter scholaribus rudimentis tumi-  
 das ferua-

das ferulis gestaueram palmas & quia non mihi cuius-  
 denti manfi statione qua nam esset liquebat, cur ue-  
 nisset inquirō. Tum illa; Vna (inquit) uirinali sum  
 t' Heliconia deūm Curie, & Louis albo cōscripta, quāt' Heliconi  
 nūm Atheneam ciuem Romanus ordo colendam ex= adum  
 ceperat, ubi nouellos ita frumentos addidi, quo eoru ca-  
 cumina summis astris infererem. Ita uitæ famam lin-  
 quentes hæredem, quo magis celebriorem obitum  
 protelarent. Ast ubi me Romuleæ arcis conuentu bel-  
 licus uiduauit incursus, Alexiadriæ cōciliabula urbis  
 exulata posse deram, uarijs dogmatū imbutamentis  
 lasciuia Græcorum prestruens corda. Postq; Catonū  
 rigores, tullianasq; seueras inuictiones, & uarronia  
 na ingenia, Apelles genti enerues sensus aut satyra  
 lusceram, aut comœdico phasmate delectabam, aut  
 tragica pietate mulcebam, aut Epigrammatum bre-  
 uitate condibam. Libebat me mea captiuitas, & licet  
 noſtra uacuisſent industrie, inueniebat tamē animus  
 qibus inter mala arrideret, riſi me etiā exinde bele-  
 lis crudelior Galeni curia exclusifset, que penē cun-  
 ctis Alexiadria ita est angiportus, quo Chirurgice &  
 cruficinæ lanicæ plurior habitaculis numeretur. De-  
 niq; certando ita remittunt in mortē, quo ferant Cha-  
 rontem citius sopitum, si collegio non dojetur. Hac  
 orationem riſus mollior terminabit. Itaq; meis quod  
 A 4 exuerteret

euerteret culminib. impetrari. Tum illa. Non paues  
 (inquit) musicum tuis receptare dogma penatibus,  
 cum Barbarorum morē auscultauerim, ita literarios  
 mercatus penitus abdicare, ut hos qui primis elemē-  
 torū figuris, uel propriū descripserint, cassata inqui-  
 sitione in carnificinam raptassent. Tum ego: Nō ita  
 est (inquam) ut audieras, sed fama fuit, nam carnu-  
 na nostra Musæ tantū ualēt inter Martia tela, quantū  
 dulcis aquæ saliente fistul restringere riuo. Et ut su-  
 um me amplius familiarem rescisset, illud etiā adicci  
 terentianum: Olim isti fuit generi questus apud seculū  
 prius. Nunc itaq; literæ suos, quicquid Helicon uer-  
 balibus horreis enthecatū possederat, in ipsis pote-  
 statū culminibus hereditario iure trāsferret Catus,  
 extendunt. Illa exhilarata carminibus, utpote quasi  
 Mæoniū senem uiseret et recitantē, laudatorio palmu-  
 lae tactu mulxit mēa Cæsariem, percussaq; mollius cer-  
 uice quām decui: Eia, inquit, Fabiana, Creonticis iam  
 dudum nouus initiatu es mystes sacrī. Ne quid ergo  
 meo tibi defū tyrūculo, accipe parē dogmatis grati-  
 am, et quatenus te nostra satyralasciūti uerborū ro-  
 re percussit, uadatuq; te sū retinet amoris illecebra,  
reddē quod sepioticon debes, et quicquid libet Nilia-  
cis exarare papiris, feriatis aurū sedibus percipe.  
Nec deerit histōrie ei quilibet effictus, cuius uisceri  
enel Nilo se Criaba uer Aabol, en bus te  
cuias coartatas se exercitra

bus te in seringi poposceris. Tum ego, iudex libelli te-  
 sefelli generosa loquacitas. Non mihi cornutus adul-  
 ter arripitur, nec imbre mendaci lusa Danaē uir-  
 go cantatur, dum suo iudicio sibi deus prætulit pecu-  
 dem, et hanc auro decepit, quam potestate nequuit:  
 Nō sullo canimus mortu depastū iuuenissemur, nec in  
 libellulis meis sub falsa alite puerilis pepēdit lasciuia.  
 Non olorinis reptantem adulterum plumis, oua pulū  
 gera uirgibus insulcante, uel senina puorigeru iisce-  
 ribus infundētem, nec Lichnides puellas inquirimus  
 et Hero atq; Pſichen poēticas garrulantes inceptias.  
 Dum hæc lumen querit extinctū, illa deflet incēsum.  
 Pſiche uidendo perderet et Hero non uidendo pe-  
 risset. Nec referam uirginali figmento Aricinam lu-  
 sam uiraginem, dum quereret luppiter quod magis  
 esse uelit quām fuerat. Mutatas itaq; uanitates ma-  
 nifestare cupimus, non manifesta mutando fuscamus,  
 ut senior deus hinnitus exerceat et sol fulgoris igne  
 depresso malit anilibus exarari rugis quām radijs.  
 Certos itaq; nos preſtolamur rerū effictus, quos re-  
 pulsos mendacis Grecie fabuloso cōmento, quid my-  
 sticū in his sapere debeat cerebrū agnoscamus. Tum  
 illa: Vnde hec tibi, inquit, homuncule tanta ignoratię  
 scientias? Vnde etiam ratiū ordinē ignorandi? Dum  
 enim seculis intacta requiriſt, ostēdis te sapiēter ſire

quod nescis. Cui ego. Si his quibus ignorare aliquid cōtigit, ne ipsum quidem nescire suum scire contigerit, quanto satius eis erat etiam non nasci cōtingere, quā nasci inefficaciter uiuere. Primū itaq; ego scīetē ueſtibulū puto, scire quod nescias. Ad hēc illa. Tam secretis mysticisq; rebus uicaciter pertractādis, ampli ora sunt autoritatū querenda suffraga. Neq; enim quippiam ludicrū queritur, quo ludibrido pēde metrica uerborū cōmoda sartiamus, sudor hic hoc opus est palestratis ingenij, ne tā magnifici assumpta moles operis ipso ferē medio conaminius impetu, uiuacissimis defituta uanescat tractatibus, ergo erunt nobis Philo sophia atq; Vrania coelestis adiutrices operis aſſiscendae. Nec enim decrit tuis laſciuens antica ſolatijs, ut dum te mysticæ artes anhelū tractādo reddiderint, tu te tua ſatyra ludentē excipiāt. Queso, inquā, munifica bargitas ne tuifā tuam ſatyram, cuius me dudū uada tum amore prædixeras temere credas nostris penati bus. Tam et enim libens zelo ſortius ſum ex affectu cōiugium, ut ſi hanc ſuis oblucentē ut pellicē uoluptatibus domo repererit, ita fulcatiſ ungue genis in Hēconē remittat necesse eſt, quo eius diluēdis uulneribus Gorgonei ipſius fontis nequaquam fluentia ſufficiat. Tum illa cachinnum quaffans fragile, collijo bis teriq; paſſu palmulæ femore, nescis (inquit) Fulgenti rudiſ

accola

accola Peridū, quantū ſatyram matrone formident. Liceat mulierū uerbalibus undis & caſfidici cedat, nec grammatici mutant, rhetor taceat, & clamore p̄rāco cōpescat. Sola eſt que modum imponat furentibus, licet Petroniana ſubit Albutia, bac etenim allude dente, & Plautinæ ſatyrae dominatus obdormit, ex Sulpicillæ Aufonianæ loquacitas deperit, Salustia=naq; Symphoniac, quāvis p̄ſens ſit cantilena, meles cantandi rauceſſit.

Soluerat igniuomus mundi regione peracta  
Quidrupedes, gelidūs rotis tepeſcerat orbem  
Rector, & auratis colla ſpoliabat habens,  
Iam Phœbus diſiungit equos, iā Cinthia iungit  
Quasq; ſoror liquit, frater pede tēperat undas.  
Tū nox ſtellato mundū circunlita peplo,  
Cerula rorigenis pigreſcere iuſſerat alis,  
Aſtrigeroq; nitens diadematē luna bicornis  
Bullatū bijugis cōſcenderat æthera tauris.  
Iam ſimulachra modis mentis fallentia plastiſ.  
Mollia falſidicis replebant ſtramina signis.

Et ut in uerba pauciſſima conferam, nox erat. Cuius nomen noctis iam dudū oblitus, ut infanus uates ueribus delirabam, dum ſubito agrestis illa, quā dudum uideram

niderem hospita aborto impetu cubicularia impulsa  
fores irruperit, inopinatèq; me iacentem reperiens,  
marœtia languore somni lepido lumina, rapido atq;  
admodū splendifice intermicanti quodā sui uultus co-  
ruscamine pepulit. Erat enim ultra solitum emunens  
mortalitatis affectū, deniq; pigre adhuc quietis in-  
dicium roratis naribus ructuantē rep̄cīna ostij crepi-  
tatione turbauit. Hāc preibat florali laſciuiens uirgī-  
cula petulantia, Hæderal largiore circumſuia improbi  
uultus & ore cōtumeliarum ſarcinis grauido. cuius  
byronicū lumen iā rimabunda uernulitate currebat,  
quo mentes etiam abſtruſas temulentis inscriptioni-  
bus depinxifset. Muſe enim latera ſarciebant altrī-  
ſecut due, quarū dexterior uerrecunda quadā mai-  
ſtate ſubmixa elata frontis Polytania argenteis afro-  
vī purgauerat margaritis, cuius phaleratum exoticis  
diademæ carbunculis corniculata luna ſinuatio de-  
primebat, ac cerulanti peplo circunlita hyalinæ cau-  
itatē ſphærae oſſeo faſtigatus tigillo uerſabat uifus  
itac luminis. Tā elata contéplatione cœlitus erigeba-  
tur intuitus, quo penè foribus ſuperna intuens pollue-  
tiſiſſee. Lewicones late vis refugo quodā contéplati  
ſecretior humanos intuitus uelamē quodam arca  
no uitabat, buius nīguida canis albētibus nitebat ea  
ſerier, rugaq; eripato multiplici ſuperalio rancidā ſe-  
quidā

quiddam conſopire promitebat. Tardior incessus  
erat, & ipſa ponderationis grauedine uenerandus.  
Tunc Caliope prouinciam loquacitatis ingressa, hiſ  
te, inquit, Fulgēti tutricibus ſpoſonderam largitum.  
Quarū ſequax ſi fueris celeriter raptum ex mortali  
celeſtem efficien, aſtrisq; non ut Neronē poēticis  
laudibus, ſed ut Platonem mysticis interſererent ræ-  
tionibus. Neg; enim illos de his expectas affectus,  
quos aut poēma ornat, aut deflet tragœdia, aut ſpu-  
mat oratio, aut cachinnat ſatyra, aut ludit comœdia,  
ſed in quibus Carneadis refutat elleborū, & Platonis  
auratū cloqui & Aristotelis ſyllogiſmaticū uerbis  
loquim. Nunc itaq; pande mentis cubiculā & aurū  
ſiſtulis, auditō nuntio mētibus intromitte, quod exci-  
pis, ſed enerua totum mortale, quod tibi eſt, ne tame  
ſacrati ſeries dogmatis ſcrupulofis rite nō rideat  
penetralibus. Ergo nunc de deorū primum natura,  
unde tanta male credulitatis lues ſtultis mentib. ino-  
lcuerit, edicamus. Quāuis enim quidā ſunt, qui ſþrea-  
ta capitis generofitatem, eretinis atq; archadicis ſen-  
fibus glandū quippiā ſapiant, atq; corū altiori ſtule-  
ticiæ nubilō ſoporata caligētur ingenia, tamē nequa-  
quā apud humanos ſenſus uifi fortuitis cōpulſationi-  
bus moti naſcūtur errores, ut etiā Chryſippus de fa-  
ſcribēs ait: Compulſatiōibus lubricis uoluuntur  
in Chrysip-

incursus. Itaq; primū omisso circuitu, unde Idolum tractum sit, edicamus.

Vnde Idolum dicitur. 1.

**D**iophantes Lacedemonū autor libros scripsit antiquitatū XIIII in quibus ait syrophanē Aegyptiū familia substantiaq; locupletem filiū genuisse, quem uelut enormis substantiae successoreni ineffabili ultra quā paternitas exigebat affectu erga filiū deditum. Isq; dū aduersis fortuna incursum rāperetur, patri crudele geminæ orbitatis dereliquit elogium & ut postcritatē perpetuale suffragiū dene gasset, & substantiae propagāda subitā interceptionē obijceret. Quid igitur ficeret aut fecūda paternitas hac sterilitate damnata, aut felix substantia insuccesione curata. Parū erat nō habere, quod habuit, nisi etiā effect, qui obtineret quod reliquit. Deniq; doloris angustia, quæ semper inquirit necessitatis solatiū, sibi simulacrū in eūdib; instituit. Dunq; tristitia remediū quærit seminariū potius doloris inuenit, nesciens quod sola sit medicina miseriarū obliuio, ficeret enim ille unde luctus resurrectionis iudicis adquireret non in quo luctus solatium inneniret. Deniq; Idolum dictū est idonin, quod nos latine species doloris dici-

mus.

dicimus. Namq; universa familia in domini adulatio nem, aut coronas plectere, aut flores inferre, aut oratoria simulachro succendere consuecerat. Nō nulli etiam seruorū culpabiles, domini furiam emitātes, & ad simulacrum profugi ueniā merebantur, & quasi salutis certissimo collatori, florū aut thuris offerebant munuscula, timoris potius effectu quā amoris affectu. Deniq; huius rei nō immemor Petronius ait: Primus in orbe deos fecit timor. Nam & Mintnor musicus in Cromatopion libro musicæ artis quæ scripsit ait: Dominū doloris quem prima compūctio humani finxit generis, exim inueteratus error humānis pedetentim consertis disciplinis baratro quodam seuē crudelitatis prolabitur.

Socci, diff.  
ciliis gerens  
i. ep. 10. cap.

Fabula Saturni. 2.

**S**aturnus Pollucis filius dicitur, Opis maritus, senior, uelato capite falce gerens, cuius uirilia absissa & in mare projecta Venerem genuere. Itaq; quid sibi de hoc philosophia sentiat audiamus. Tum illa Saturnus primus in Italia regnum obtinuit, hic per annone prærogationem ad se populos attrahens & saturando dictus est Saturnus: Opis quoq; eius uxor eo quod opem esuriētibus ferret edicta est. Pollucis satanas & saturnus tristis sine a serendo. etiam si Opis quia opem esuriētibus ferrebat. Jupiter quasi beuano pater. Iadandū. I. diuin. iact. c. ii. et Picere Cib de Narara deo. uide Lactantij.

etiam filiū siue à pollendo siue à pollucibilitate, quā nos humanitatem dicimus, unde & Plautus in comedia Epidici ait: Bibite, per grecamini pollucibilitē. Vellato uero capite ideo fingitur, quod omnes siue etus foliorū obnupti tegantur umbraculo. Filius uero siuos comedisse fertur, quod omne tempus quodcūq; gignit consumit. Falcam etiā fert non in merito, siue quod omne tempus in se uergat ut curuamina fulciā, siue propter fructum: Vnde etiā & castratus dicitur, quod omnes fructuum uires abscissa, atq; in humoribus uiscerum ueluti in māre proiecte, sicut illic Veneremē ita & libidinem gignant necesse est. Nam & Apollonius in Epicō carmine scribit, Saturnū quasi as-  
trā vēp, vōs enim grēcē sensus dicitur aūt satorē, vēd  
quasi diuinum sensum creantem omnia, cui etiam qua-  
tuor filios subiçiat, id est, primum Iouem, secundum  
Iunonem, tertium Neptunū, quartū Plutonem, & quasi  
Poli filium quatuor elemēta gignantem, id est, primū  
Iouem igne, unde & Zēvs grēcē dicitur. Zēvs, enim  
grēca significatione siue uitatis siue calori dici potest, si-  
ue quod igne uitali animata omnia dicer etur, ut Hez-  
racilius uult, siue quod hoc elemētu ealeat, secundū  
Iunonem quasi aērem, unde ñgē grēcē dicitur, &  
quamuis aērem masculum pōnere deberint, tamen  
deo soror est Ionis, quod haec duo elements sibi sunt  
halde con-

halde

consortia. Ideo Louis et coniungem quod ma-  
ritatus aēr igne feruescat. Nam & Theopompus in  
Cipriaco carmine & Hellanicus in Dios Philolo-  
gia, quā descriptis ait: Iunonē ab Ioue uinctā cathe-  
nis aureis, & deprauatā in crudib; ferreis. Illud ni-  
hi minus dicere uolentes quod aēr igni cœlesti cō-  
iunct: or duobus deorsum elementis nascatur, id est:  
aqua & terra, quæ elementa duo bus superiorib;:  
grauiora sunt.

## Fabula Neptunni

**N**eptunū uero tertium aquarum uoluerē cō-  
lementū, quem ideo grēci etiam Posidonā  
nuncupat quasi, τῶοῦ εὐθύ, quod nos latine facien-  
tēm imaginē dicimus, illa uidelicet ratione quod hoc  
solū imagines in se formet spectantū, quod nulli alij  
ex quatuor competit elemētis. Tridentē uero ob hāc  
rē ferre pingitur, quod aquarum natura triplici uir-  
tute fungatur, id est, liquida, fœcunda, potabili, hinc &  
Neptuno Amphitritē in cōiugiu deputant, & uq; enī  
grēce circū circa dicimus, eo quod omnibus tribus ele-  
mentis aqua cōclusa sit, id est, sit in cælo, sit in aere, id  
est, in nubibus, & in terra, ut sunt fontes & putei.

B Fabula

## Fabula Plutonis.

**Q**Varū etiam Plutonē dicunt terrarum p̄sue. Plutos enim gr̄ce diuitiae dicuntur, solis terris credentes diuitias deputari. Etū cītā tenebris addictum dixerē, quod sola terrae materia sit cūctis elementis obscurior. Sceptrū quoq; in manu gestat quod regna solis competant terris.

## Fabula de Tricerbero.

**T**Ricerberū uero canē eius subiiciunt pedibus, quod mortaliū iurgiorū inuidiae ternario cōfletur statu, id est, naturali, causali, accidentalī. Natura le est, odiū, ut canū leporum, luporū & pecudum, hominū & serpentū. Causale est, ut amoris zelus atq; inuidiae. Accidens est, quod aut uerbis easualiter oboritur, ut homini bus, aut conestiones propter, ut iumentis.

## Fabula de Furijs.

**H**ic quoq; etiam tres furias deseruire dicunt, quorum prima est Alec̄to, Alec̄to enim gr̄ce impauſabilis dicitur. Alia Tisiphone, Tisiphone autē quoq;

quasi τροπή φωνῆ, id est, istarū uox. Tertia Megāra, Megāra enim est, quasi μεγάλη ἡρίς, id est, magna contentio. Primum est ergo non paſando furiam concipere. Secundū est in uocem crumpere. Tertiū iurgum protelare.

## Fabula de Fatis.

**F**ata etiam ipsi Plutoni destinant fata, quarū pri ma Clotho, secūda Lachesis, tertia Atropos. Clotho enim gr̄ce uocatio dicitur. Lachesis uero fors nuncupatur. Atropos quoq; sine ordine dicitur. Hoc uidelicet sentire uolētes, quod prima sit natūtatis euocatio. Secūda uite fors quemadmodū quis nō uere posuit. Tertia mortis cōditio quoq; sine lege uenit.

## Fabula de Harpijs.

**H**Arpias etiam tres inferis Virgilius deputat, quarū prima Acello, secūda Ocypte, tertia ēleno. Harpia enim gr̄ce rapina dicitur. Ideo uigiles, quod omnis rapina arida sit et sterilis. Ideo plus mis circū data, quia quicquid rapina inuaserat celat. Ideo uolatiles, quod omnis rapina ad uolandum sit excellima. Acello enim gr̄ce, quasi Ἀλεωφόρος, id est, alienū

alienum tollēs. Ocypte, id est, citius, auferens. Celerū uero græce nigrū, unde Homerus prima Iliados rā psodia ἀετόν τοι τοῖς καλαύρησις τοῖς οἴποι, id est, statim niger tuus sanguis emanabit per me. am hafsum. Hoc igitur signare uolentes, quod primū sit alienum concupisci, secundum concupita inuadere, tertium celare quod inuadit.

Fabula de Proserpina.

**P**lutoni quoq; nuptā uolūt Proserpinam Cereris filiam. Ceres enim græce dicitur gaudiū, & ideo illam frumenti deā esse uoluerunt, quod ubi plenitudo fructū sit, gaudia semper superabūdent necesse est. Proserpinam uero quasi segetem uoluerunt, id est, terram radicibus proserpentem, ut ethere græce dicitur. Hecaton enim græce centū sunt, & ideo hoc illi nomen imponunt, quia centuplicatum Ceres prostrat fructum.

Fabula Cereris. 1.

**H**anc etiam mater cum lampadib; raptā quæ rere dicitur, unde & lampadum dies Cereris dedicatus est, illa uidelicet ratione quod hoc tempore sum

re cum lampadib; id est, cum solis feruore seges ad metendum cum gaudio requiratur.

Fabula Apollinis

**A**pollinem solē dici uoluerunt. Apollon enim græce perdens dicitur, quod feruore suo omnem succum uarentium decoquendo perdat herbarum. Hunc etiam diuinationis deū uoluerūt, siue quod sol omnia obscura manifestat in lucē, scū quod in suo pessu, & occasu eius orbita, multimodos significatiū monstret effectus. Sol uero dicitur aut ex eo, quod solitus sit, aut quod solite per dies surgat & occidat. Huic quoq; quadrigā scribunt illā ob causam, quod aut quā adscripti partitī temporum uarietatibus anni circulum bunt peragat, aut quod quadrifido limite dici metiatur spaciū, unde & ipsum equis condigna sic non nō posuerūt, id est Eritreus, Acteon, Lampos, Philogeus. Erythre Eritreus græce rubens dicitur quod à matutino sol luus mine rubicundus exurgat. Acteon splendens dicitur quod tertiae horae momentis uehemēs insistetur. Lucifer fulgeat Lampos uero dum ad umbilicum dici centrū concenderit circulum. Philogeus græce terram amans dicitur, quod hora nona procliuior uergens occasib; pronus incumbat.

## Fabula de cornu 12.

**I**N huius etiam tutelam coruum ponunt, siue quod solus contra rerum naturam in medijs ipsis aestuis feroribus ouiperos pullulet foetus. Vnde et Petronius: *Sic contra rerum naturae munera nota,* Coruus matutinis frugibus ora refert. Siue quod in Horoscopis libris secundum Anaximandrum, siue etiam secundum Pindarum solus inter omnes aures significaciones habet uocum.

## Fabula de Lauro. 13.

**I**N huius etiam tutela Laurus ascribunt, unde etiam eum amasse Daphnen dicitur Penei fluminis filiam, & unde laurus nasci posset, nisi de fluuialibus undis. Maxime quia et eiusdem Penei fluminis ripae lauro abundare dicuntur. At uero amica Apollinis ob hanc re uocitatem est, quia illi, qui de interpretatione somniorum scripserunt, ut Antiphon Philocrus, et Artemon, et Serapion Ascalonites promittunt in libris suis, lauru si dormiuntibus ad caput posueris, uera somnia esse usuros.

## Fabula de nouem Musis 14.

**H**ic etiam Apollini nouem depuati musis ipsius quod de cimum musis adiiciunt, illa uidelicet causa quod humana

humanae uocis decem sint modulamina, unde cum decachorda apollo pingitur cythara. Sed et lex diuina decachordon dicit psalterium. Fit ergo vox quantuor detibus ecclatra positis, quos lingua peccuit, e quibus si unus minus fuerit, sibilum potius quam vocem reddat necesse est. Duo labia uelut cymbala uerborum conmoda modulantia, Lingua ut plectrum que curuamine quodam uocalem format spiritum, Palatum cuius concauitas profert sonum. Gutturis fistula, que tereti meatum spiritalem praebet excursu. Et pulmo, qui uelut aceruus follis concepta reddit ac reuocat. Habet ergo nouem Musarum uel Appollinis ipsius redditam rationem, sicut in libris suis Anximander Lampaceus, & Leophantes Heracleopolites exponunt quod et alij firmant, ut Pisander Physicus, et Eusemenes in libro Theologomenon. Nos uero nouem Musas doctrinæ atque scientiæ dicimus nodos, hoc est prima Clio, quasi prima cogitatio discendi, Cleos enim græca fama dicitur, unde et Homerus: η κεισθε λαλε ουρανοπερ δε τηλι μεγ, id est, sola famam audiuiimus. Et in alto loco: τηλε ουρανοπερ λαλε ελαττων και μεταφερεται. et quoniam nullus scientiam querit nisi in qua fama siue protoclet dignitate, ob hac re prima Clio appellata est, id est, cogitatio querenda scientia. Se

cunda Euterpe, quod nos latine bene delectans dici-  
mus, quod primum sit scientiam querere, secundum  
sit delectari quod quæras. Tertia Melpomene quasi  
mel etenpiomene, id est, meditatione faciens permane-  
re, ut primum uelle, secundū desiderare quod uelis,  
tertiū instare meditādo ad id quod desideras. Quar-  
ta Thalia, id est, capacitas, uelut sūdicatur, τέθεις θά-  
λασσαν, id est, ponēs germina. Unde et Epicarmus Co-  
micus in Diphilo comedia ait; θελοράς δὲ Ελέπει  
βόλημας ἔτερα δεξερά, id est, germen dum non uidet fa-  
tū poly mes consumit. Quinta Polymnia, quasi τολύ μυῆμα, η-  
by= id est, mutam memoriam faciens dicimus, quia post  
mnia capacitate est necessaria. Sexta Erato, εὐφωνίου, οὐρανού,  
quod nos latine inueniens simile dicimus, quia post sci-  
entia et memoria iustū est, ut aliquid simile et de suo  
inueniat. Septima Terpsichore, id est, delectans instru-  
ctionē, unde et Hermes in Optimādre libro ait ἀνδρες  
τερψίχορο σῶματος, id est, absq; instructioē  
ejus et uacuo corpore, ergo post inuentionem opor-  
tet te eiam discernere ac dijudicare quid inuenias.  
Octaua Urvania, id est, coelestis, post dijunctionē enim  
est, eligis quid dicas, quid deſpuas. Eligere enim utile,  
caducumq; deſpucre, coeleste ingenium est. Nona Cal-  
liope, id est, optimā uocis, unde et Homerus ait: θεᾶς  
ἀπέφωνα ταργά, id est, deinceps clamantis, ergo hic  
erit ordo.

erit ordo. Primum est uelle doctrinā. Secundum est dele-  
ctari, quod uelis. Tertiū est instare, ad id quod dele-  
ctatus es. Quartū est capere id quod instas. Quintū  
est memorari quod capis. Sextū est inuenire de tuo  
simile, ad id quod memineris. Septimum est iudicare  
quod inuenias. Octauā est eligere de quo iudicas. No-  
nū bene proferre quod elegeris.

¶ Fabula Phaëtonis.

**H**ic etiam cum Clymene nymp̄ha coiens Phaë-  
tonta dicitur genuisse, qui paternos currus af-  
fectans sibi atq; mundo concremationis detrimenta  
conflauit. Semper ergo sol cum aqua coiens aliquos  
fructus gignat necesse est, qui eo quod terris exiliētes  
appareant Phanontes dicuntur, phaēnon enim grāce  
apparens dicitur, qui quidem fructus ad maturitatem  
sui solis ardorem querat necesse est, quo accepto om-  
nia feruoris incendio consumantur, huius etiam foro  
res Archibus, Lampetis, que gemmeis ac translucen-  
tibus fraterna deplorant guttis incendia, succināq;  
disruptus iaciunt inaurata corticibus. Soror etiam to-  
tius germinis arbor est, que una eademq; feruoris  
humorisq; ingalitate gignuntur. Itaq; istae arbores, que  
succinum sudant, dum maturis frugibus solis feruor tor-  
rentibus ipsis Iunio, Iulioq; mensibus incendiosior, Cā

B 5 cri atq;

cri atq; Leonis tetigerit metas, tunc iste arbores & su  
alido fīssis cortiabūs succū sui liquoris in Eridano  
flumine aquis durandum emittunt.

De Triplo, sagittis & Pythone. 17.

**H** Is Tripnum quoq; Appollinis adjicunt, quod  
sol & preterita nōuerit, & præsentia cer-  
nat, & uisus sit futura. Arcum uero huic sagittisq;  
conscrībunt, siue quod de circulo eius radij in medium  
sagittarum exiliant, seu quod suorum radiorum mani-  
festatione omnem dubietatis scindat caliginē, unde  
etiam Pythonem sagittis interemisse scriur. Pytho  
enim grece credulitas dicitur, & quia omnis falsa cre-  
dulitas, sicut serpentes, luce maniſtante deprimitur,  
Pythonem eum interemisse dicunt.

Quare sine barba dicitur cum pater dicatur.  
Quia occidendo & renascendo semper est iuuenior,  
siue quod nunquam in sua uirtute deficiat, ut luna,  
que crescit & minuitur.

Fabula Mercurij. 17.

**S**i furtis præfuerere dij non erat opus criminibus  
iudicem, ex quo culpe habuere cœlestē autore.  
Mercuriū

Mercurium dicunt præfuisse negotijs uirgam serpen-  
tem serpentibus nexam, penatis quoq; talaribus præ-  
ditum. Hunc etiam internuntiū furatrinumq; decum.  
Quid sibi uero huius nominis atq; imaginis significa-  
tio differat edicamus. Mercuriū dicit uoluerē quasi mer-  
ciū curā. Omnis ergo negotiator dicit potest Mercu-  
rius.

Quare pennas,

Pennata uero talaria quo d negotiantium pedes  
ubiq; pergendo quasi pennati sunt.

Quare Virgam.

Virgam uero serpentibus nexam ob hoc adiçunt  
quod mercatoribus det aliquando regnū ut sceptrū,  
& uulnus ut serpentium.

Quare Galerum & Gallum.

Galero enim cooperto capite pingitur, quod om-  
ne negodū sit semper abs consum, Gallum quoq; in  
eius ponū tutelā, siue quod omnis negotiator semp-  
inuiglet, seu quod ab eius cantu surgant ad peragen-  
da negoda.

Quare Hermes.

Hermes q; oq; dicitur grece Ἑρμῆς, id est, quod  
nos latine differere dicimus, illa uidelicet causa, quod  
negociatori linguarum sit disertio necessaria, utraq;  
enim regna permeare dicitur superna atq; inferna,  
quod modo uentis in altum nautigans currat, modo  
demersus

*demersus inferna tempestatibus appetat.*

*Quare fur, quare celer dicitur.*

Hunc etiam deum furi ac præsum uolūt, quod nihil interfit inter negoiantis rapinam, atq; periu- rium, furantisq; deierationem ac rapitum. stellā uero quæ Stilbos græce nuncupatur, quam ei Paganī scri- bunt, ex quo etiam diei nomen inuenere, tantum ce- lerior planetis omnibus currit, ut sc̄ptima dici suos permeet circulos, quod Saturnus XXXIII annis & Iuppiter XII possunt, unde etiam Lucanus ait: Mo- tuq; celer cylenius hæret.

*Quare Argum occidisse dicatur.*

Deniq; etiam Argum luminum populositate con- septum intermisse fertur, dum oculorum immensam unius corporis segetem ubiq; uiua circuſpectione flo- rentem singularis vulneris recursum falcifero messu iſſet curuamine. Quid sibi ergo tam fabulosum Græciae cōmentum uelit? niſi quod etiam centū custodes totidemq; astutos sine negotiacione uagos, unde & orgas græce uagus dicitur, et furantis astutias ne goctantis circumuenit astuta, falsoataq; cautela. Solet igitur alludere his speciebus & honeste mendax Græcia, & poëtica garrulitas semper de falsoate ornata phalerator, ut & Danae, hymbre aurato corrupta est, non pluvia, sed pecunia.

Fabula

*& Fabula de Ganymede.*

**E**t raptum Ganymedem aquila non uere uo- lucris sed bellicā præda. Iuppiter enim ut A= nacron antiquissimus autor scriptis, dum aduersus Titanas, id est, Titanis filios qui frater Saturni fuerat bellum assumeret, & sacrificiū cœlo fecisset in victo- rie auspiciū, aquile sibi adesse prosperum uidit uo- latum, pro quo tam felici omniē præsertim, quia, ex uictoria consecuta est, in signis bellicis sibi aquilā au- rea fecit, tuteleq; suæ uirtuti dedicauit, unde & apud Romanos huiuscemo di signa tracta sunt. Ganymedē l. 2. v. 11.

uero bellando his signis præcūtibus rapuit, sicut Eu- ropam in tauro rapuisse fertur, id est, in nauem tauri picturā habentem, & is idem in uacca similiter na- um huicmo di pictura, deniq; ut hoc certius esse cognoscas nauigium Isidis Aegyptus colit.

*& Fabula Persei & Gorgonon.*

**P**erseū ferūt Meduse Gorgones interfectorē. Gorgones uoluere dici tres, quarū prima Sthe- no. Secunda Euriale. Tertia Medusa, quarū quia fabu- la Lucanus, & Linus scripserūt poëtae grāmaticorū scholaribus rudimentis admodum celeberrimi, hanc fabulam

fabulam referre superfluum duximus. Theocritus antiquitatum historiographus refert Phorcum fuisse regem, qui tres filias locupletes dereliquit. Quarum Medusa maior qua fuerat locuples, regnumq; in colendo, fructificandoq; ampliauerat, unde ♂ Gorgon dictis, quasi Georgan. Nam georgi grece agricultores dicuntur. Serpento uero capite ideo dicta est quod astutior fuerit, cuius regnum opimum Perseus inuidens ipsum quidem intercedit, ideo uolatus dicitur, quod nauibus uenerit. Cuius capite, id est, substantia ablata ditior factus, non parua regna obtinuit. Deniq; ♂ Atlantis regnum inuidens, quasi per Gorgonis esput, id est, p̄ substantiam eius eū in montem fugere compulit. Vnde in monte conuersus dicitur esse. Tamen quid hac sibi tam subtili sub imagine ornatrix Græcia sentire uoluerit edicamus: Gorgonas dici uoluerūt tres, id est, tria terroris genera. Primus quippe terror est, qui mentem debilitat, secundus quippe profundus quodam terrore mentem spargit, tertius qui non solum intentum, uerum etiam caliginem ingerit uisus, unde ♂ nomina tres Gorgones accipere. Stheno enim grece debilitas dicitur unde ♂ Asteniam infirmitatem dicimus. Secunda Euriale, id est, lata profunditas, unde ♂ Homerus πόλην εὐρυγάτε�, id est, Trojā latae uias habentē. Itaq; Medusam

dusam quasi μὴ ιδέσθαι, quod uideri non poscit. Hos ergo terrores Perseus adiuuante sapientia interfecit. Ideo auersus uolat quod uirtus terrorem nunquam aspicit. Speculum ergo ferre dicitur quod omnis terror non solum in corde, sed etiam in figura transeat. Desanguine eius nasci fertur Pegasus in figurā famae constitutus. Virtus enim dum terrorē amputauerit, famam generat unde uolare dicitur quia fama est uolucris. Vnde ♂ Tiberianus: Pegasus hinniēs transuolat æthram. ideo ♂ musis fontem ungula sua rupisse fertur, quod Musæ ad describendū famam herorum, aut sequantur piorum dicta, aut indicent antiquorum gesta.

20. Fabula Admeti & Alcestes:

**S**icut nihil benigna superius coniuge, ita nihil in festa crudelius muliere. Quanto enim sapiens pro viri sui salute suam opponit animam pignori, tanto maligna ad mariti mortem etiam suam reputat nihili. Ergo coniunx quantum iure coniunctior, tantum est aut morū dulcedine mellea, aut felle malitia toxicæ. Est quippe aut perpetuale refugium, aut perenne tormentum. Admetus rex græcia Alcestem in coniugio accepit, cuius pater edictū proposuerat, ut si quis duas feras sibi disparest suo curru iungret, ipse illā in coniugio

in coniugio accepisset. Is igitur Admetus Apollinem atq; Herculem petiit, & ei ad currum leonem & a prumiunxerunt. itaq; Alcesten in coniugio accepit. Cumq; in infirmit. item Admetus decidisset, & mori se compoperisset Apollinē deprecatus est, ille uero dixit se ei aliquid non nosse praestare, nisi si quis se, de eius propinquis ad mortem, pro eo uoluntarie obtulisset, quod uxor fecit. Itaq; Hercules, dum ad Tricerberū canem abstrahendum defenderet, etiam ipsam de infiria leuat. Admetum posuere in modū mentis, ideo Admetus nuncupatus est, quasi quem adire poterit metus. Elic itaq; in coniugio Alcesten desiderat. Alce enim græce præsumptio dicitur, unde & Homerus ait; ἀλλὰ οὐκ εἰς τὴν φρεστὴν οὐδὲ τὶς ἀληθή, νό εστι aliqua uirtus in mentibus, neq; aliqua præsumptio. Ergo mens præumptionē sperans sibi cōiungī, duas feras suo currui subiungat, id est, suæ uitæ duas uirtutes asciscat animi, & corporis. Leonem ut uirtutem animi, a prum ut uirtutem corporis. Deniq; & Apollinem & Herculem sibi propiciet, id est, sapientiam & uirtutem. Ergo præsumptio semetipsam ad mortem pro anima obiicit, ut Alceste, quā præumptionē quamuis in periculo mortis deficientem, uirtus de inferis revocat, ut Hercules fecit.

Libri primi finis.

# FVLGEN<sup>33</sup>

TII EPISCOPI CARTHAGI  
nenis Mythologiarum ad Catum Presby  
terū Carthaginensem, Liber  
Secundus.



Tudens mi domine tuo reuerendo imperio, me in stultitiam uelut naufragi cōmisi, iudicio bifida ambiguitate suspensus, utrum ne lector quilibet laudet cōstructa, aut destruat laborata, sed quia nullatenus hæc nostrū aut nomen extollunt, aut crimen officiunt, illo uidelicet pacto, quod si ab his lector melius sapit deum præferat, qui meliora concessit. Si uero ab his minus aliquid despicit, ipsum præferat, qui ista contribuit, ergo & hec non nostra sunt, sed eius donum, & quæ ampliora euenuit, non hominis, sed diuinum est largimentū. Sicut enim liuoris nota est silere quod noueram, ita crimen non est enarrare, quod se uera. ergo si his amplius sapis, lauda mentem purissimam, quæ quod habuit non negauit, sed si hæc ante nescieras, habes arenam nostri studij ubi tui exercetas palejoram ingenij.

C Fabu<sup>st</sup>

## Fabula de iudicio Paridis.



Philosophi tripartitam humanitatis uita  
luerunt esse uitā, ex quibus primā theo-  
reticam, secundam practicam, tertiam  
philargicā uolucre, quas nos latine cō-  
templauim, actuum, uoluptariam nuncupamus, ut  
etiam propheta ait: Beatus ur qui non abiit in consi-  
lio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in  
catbedra pestilentie non sedit, id est, non abiit, non stet-  
tit, non sedit. Prima igitur contemplativa est, quae ad  
sapientiam, & ueritatis inquisitionem pertinet, quā  
apud nos episcopi, sacerdotes, ac monachi, apud illos  
philosophi gerūt. Quos nulla lucri cupiditas, nulla  
furoris insania, nullum liuoris toxicum, nullus uapor  
libidinis, sed tantum in dagine ueritatis cōtemplan-  
deq; iustitiae cura macerat, fama ornat, pascit spes.

Secunda actua est, que tantū uite cōmodis anxiat,  
ornatus petax, habendi insatiata, rapiēdi cauta, ser-  
uandi sollicita geritur, plus enim quod habeat cupit,  
quā quod sapiat querit, nec cōsiderat quod expediat  
ubi intercedit quod rapiat. Deniq; ideo non perstat  
stabile, quia non uenit honeste. Hāc enim uitā penes  
antiquos aliqui tyranni, penes nos mundus omnis ge-  
rit. Voluptaria uero uita est, que libidini tantummo-  
do nox

do noxia, nullum honestum reputat bonū, sed solam  
uite appetens corruptelū, aut libidine mollitur, aut  
homicidijs cruentatur, aut rapina succenditur, aut li-  
uoribus rancitatur. Sed hoc penes illos Epicurei ac  
uoluptarij, penes uero nos huiusmodi: ut: natura nō  
crimen est. Et quia bonum nemo gerit, nec nāsci bonū  
licet. Id itaq; considerantes poëtae trium dearum po-  
nunt certamina, id est, Mineruā, Iunonē & Venerē,  
de forme qualitate certātes. Ideo uero Iouē nō posse  
bis iudicare dixere, siue quod præfinitū mundi iudia-  
ciū ignorabant, siue quia in libertate arbitrij constitū-  
tū hominem crederet. Quod itaq; si uelut deus iu-  
piter iudicasset dānando duas, unam tantūmodo ter-  
ris uitam dimitteret, sed ideo ad hominē iudiciū trā-  
ferunt, cui liberū deligendi debetur arbitriū. Sed be-  
ne pastor, quia non ut sagitta certus, & iaculo bonus,  
& uultu decorus, & ingenio sagacissimus, Deniq;  
brutū quiddā despuit, & ut ferarū ac pecudū mōs  
est ad libidinem limaces uifus intorsit, quam uirtutē  
aut dimitas requisiuit. Sed quid sibi tres deae de tri-  
bus uitarū ordinibus uendicent edicamus.

## 2. Fabula Minerue.

Primā uitam theoreticam, quam nos in con-  
templatione sapientis honore dicimus. Ideo de-

C 2 Louis

Iouis uertice natam dicunt, quia ingenium in cerebro positum sit. Ideo armatam quod munita sit. Gorgona etiam huic addunt in pectore, quasi terroris imaginem, ut uir sapiens terrorem contra aduersarios gestet in pectore. Cristam cum galba ponat ut sapientis cerebrum et armatum sit et decorum. Unde et Plaut. in Trinumo ait: Fungino genere est, capite se totum tegit. Triplici etiam ueste subnixa est, seu quod omnis sapientia sit multiplex, seu etiam quod calata. Longam etiam hastam fert quod sapientia longo uerbo percutiat. Triplici etiam ueste, quod omnis sapientia tecta extrinseca rarius agnoscatur. In huius tutelâ etiam noctuam uolunt, quod sapientia est in tenebris proprium fuligorem posideat. Inde etiam et conditricem Atheneam eam uolunt. Mincrua denique et abhinc græce dicitur, quasi κλερατοπεπληνος, id est, immortalis uirgo, quia sapientia nec mori poterit, nec corrumpi.

### Fabula de Iunone. 3.

**I**vnōne uero actiue præposeurūt uitæ. Iuno enim quasi à tuuando dicta est, ideo et regnis preesse dicitur, quod hec uita diuitijs tantum studeat. Ideo etiam cum sceptro pingitur, quod diuitiæ regnis sint proxime. Vclato enim capite lunonem ponunt, quod omnes

quod omnes diuitiæ sint semper absconde. Deam etiam partus uolunt, quod diuitiæ sint prægnaces semper et nonnunquam abortiant. Huius quoq; in tutelam ponunt pauus, quod omnis uita potentia petax in aspectu sui semper querat ornatus, sicut enim pauus stellatum caudæ curuamen concavans anterius faciem ornet, posterioraq; turpiter nudat. Unde et Theophrastus ait in moralibus: τὰ αλλα τε πεγυωτι, id est, res liqua considera, et Solomoni: in obiuu hominis nudatio operū eius. Huic etiam Irim quasi arcu pacis adiungunt, quod sicut etiam ille ornatus uarios pingens arcuato curuamine momentaliter refugit. Ita etiam fortuna quamvis ad præsens ornata tamen est citius fugitiua.

### 4. Fabula Veneris.

**T**ertia Venerē uoluptariæ uitæ in similitudinē posuerūt. Venerē dici uoluerūt, aut secundū Epicureos bonā rem, aut secundū Stoicos uanā rem. Epicurei enim uoluptatē laudāt, Stoici uoluptatē dānant. Ibi libidinē colunt, ibi libidine nolunt, unde et ἄφεσθαι dicta est, et ἄφεσθαι enim græce spuma dicitur, siue ergo quod sicut spuma libido momentaliter surgat et in nihil ueniat, siue quod concitatio ipsa se minis spumosa sit. Denique ferunt poëte quod exectis

falce Saturni uirilibus atq; in mare projectis ex inde  
Venus nata sit. Illud nihilominus respondere uolens,  
poëtica uanitas, quod Saturnus græce Cronos dicitur,  
Cronos enim græce tēpus uocatur. Abscissæ ergo  
uires temporis, id est, fructus falce quā maxime atq;  
in humoribus uiscerū uelut in mari proiectæ libidinē  
gignant necesse est. Saturitatis enim abundantia li-  
bidinem creat, unde & Teretius ait: Sine Cerere &  
Libero friget uenus. Hanc etiam nudam pingunt, siue  
quod nudos sibi affectatores dimittat, siue quod libi-  
dinis crimen nunquā cælatum sit, siue quod non un-  
quam nisi nudis conueniat. Huic etiam rosa in tute-  
lam adiiciunt, rosæ enim & rubent & pungunt, ut e-  
tiam libido rubet uere cūdæ ob proprio, pungit etiā  
peccati aculco, & sicut rosa delectat quidē, sed celesti  
motu temporis tollitur, ita & libido libet momenta-  
liter, & fugit perenniter. In hūus etiam tutelā co lū-  
bas ponunt, illa uidelicet causa quod huius generis a-  
ues sint in coitu feruidæ. Huic etiam tres Charites a-  
diiciunt, duas ad nos cōuersas, unam à nobis auersam,  
quod omnis gratia nescit subtilem sed ornatū. Hanc  
etiam in mari natantem pingunt quod omnis libido  
renī patiatur naufragia, unde & Porphirius in Epi-  
grāntc ait: Nudus egens Veneris naufragus in pella-  
go. Concha etiā marina pingitur portari quod huius  
generis

generis animal toto corpore simul aperto in coitu mi-  
scatur, sicut luba in physiologis refert.

§. Fabula Herculis & Omphales.

**P**arcite quoſo iudices humanis ardoribus, quid  
enim puerilis aut muliebris sensus in amore ef-  
ficiat, ex quo in libidinis pugna Herculea desudat uir-  
tus. Mulieris enim illecebra maior est mūdo, quia quē  
mūs idi magnitudo uincere non potuit, libido cōpre-  
fit. Inuasit ergo uirtutem de criminis scēnū quā me-  
reri nō potuit de natura. Hercules enim amauit Om-  
phalen, quæ eū persuasit & coli delicatos encruare  
contractus, & lasciuienti pollice fūsi teretē rotare  
uertiginem. Hercules enim ἡρκηλός græce dicitur,  
id est, ἀγριόρρηκτος: quod nos latine uirorū fortissimā  
fāmā dicimus. Vnde & Homerius ait οὐδέστοιρ  
επονόμεψ: id est, solam fāmā audiūmus. Ideo & Al-  
cei nepos dicitur. Alce enim græce presumptio inter-  
pretatur. Nā & Alcmenam matrē habet quasi & μό-  
διαστροφεψ, quod græce salugo dicitur. Nam ex ig-  
ne igneus, ut ex Ioue, & ex præsumptione, ut ex Ale-  
eo auo, & ex falsedine sapientie, ut ex Alcmena, quid  
nascitur nisi fortitudinis gloria? & tamen à libidine  
superatur ὄμφαλος enim græce dicitur umbilicus.

Libido enim in umbilico dominatur mulieribus sicut lex diuina dicit: Non est præcisus umbilicus tuus, Quia si diceret: Non est peccatum tuum amputatum. Nam et matrix illic catenata costringitur, unde et epinephria dia eodem loco firmantis facibus opponuntur. Ostenditur ergo quod libido quamvis etiam invicta possit superare uitatem.

Fabula Caci et Herculis.<sup>6</sup>

**S**i fumū fures eructuant, quis in uolantem dum negat agnoscat? ergo aut caliginē aut fumum obijcit, ne agnoscit possit, aut in fumum uane scit substā, quod furtiu succedit. Cacus enim Herculis boves furatus esse dicitur, quos cauda in spelunca tractos abscondit, quem Hercules presso gutture interficit. ne hōp enim græce malū dicimus, ergo omnis malitia fumū eructuat, id est, aut quod contraria sit ueritati, id est, luci, aut quod acerba sit uidentibus, ut fumus oculis, aut quod semper occultas obscurasq; cauillationes obijciat. Ideo aut et duplex, quod multiformis malitia non simplex sit. Triplici etiā modo nocet libido aut in euidenti ut potentior, aut subtiliter ut falsus amicus, aut occulte ut impossibilis latro. Ideo etiam subtractos boves transuersis ducit uestigis, quod omnis malig-

nis malignus aliena ut inuadat, transuersa defensio nis uitatur uia, Ideo et bona Herculis cōcupiscit, quia omnis malignitas contraria est uirtuti. Deniq; in spe luna abscinditur, quia nunquam aperta malignitas liberiore fronte sit, sed uirtus et malos interficit, et sua vindicat,

7. Fabula Antei et Herculis.

**A**nteus in modum libidinis ponitur, unde et à vītrop græce contrariū dicimus. Ideo et de terra natus, quod sola libido de carne concipiatur. Deniq; tacta terra ualidior exurgebat. Libido enim quanto carni cōsenserit, tanto surgit iniquior. Deniq; à uirtute gloriae, quasi ab Hercule superatur. Nā denegato sibi terræ tactu moritur, altiusq; eleuatus materna nō potuit mutuari suffragia, quo euidentē sue rei fabulam demonstrasset. Omne enim mente dum uirtus in altum suslulerit, et carnalibus eam etiam de negaucrit affectibus, uictrix statim exurgit. Ideo etiam diu in certamine dicitur desudasse, quia rara est pugna quæ cum cōcupiscentia, uitijsq; congregatur, sicut Plato in moralibus ait: Sapientes uiri maiorem cum uitijs quam cū inimicis pugnam gerunt. Nam et Diogenes Cynicus cū dolore ramū torqueretur, et

uidisset homines ad amphitheatrum concurrentes dia  
cebat: Qualis hominum stultitia, currunt spectare feris  
homines repugnantes, et me pretererunt cum naturali  
dolore certante.

## Fabula Thyrsiae. 8.

**T**hyrsias duos serpentes concubentes uidet,  
quos cum uirga percussisset in feminam conuersus  
est iterum post temporis sciem eos cōcubentes ui-  
dit, simuliterque percussis iterum est in pristinam naturam  
conuersus. Ideoque dum de amoris qualitate certamen  
Iuno et Iupiter habuissent, eum iudicem quasificrunt.  
Ille dixit tres uncias habere uirum amoris, et novem  
feminam. Iuno irata ei lumen ademit. Iuppiter uero  
ei diuinitatem concessit. Graecia enim quantu[m] stupen-  
da mendacio, tantu[m] est admiranda cōmento. Thyrsia  
enim in modum temporis posuere, quasi *θεραπευηση*, id est  
affilia perennitas. Beatus enim dicitur aetas, ergo ex  
uerno tempore, quod masculinum est, quia eodem tem-  
pore clausura soliditasque est germinum, dum coeuntia sibi  
affectu animalia uiderit, eaque uirga, id est, feruoris ca-  
stu percussit in feminum sexum conuertitur, id est,  
aetas feruorem. Ideo uero aetate posuere in modum  
feminam, quod omnia patefacta eodem tempore suis  
emergant

emergant folliculis, et quia cōcipiendi duo sunt tem-  
pora, ueris et autumni, iterum cōceptu prohibito ad  
pristinam reddit imaginem. Autumnus enim ita masculino  
corpo omnia cōstringit, quo cōstrictis arborum ue-  
nis uitalis succi cōuentiales transennas interius strin-  
gens foliorum marculenta detundat caluitatem. Denique  
duobus diis, id est, duobus elemētis arbiter queritur  
ignis atque aëri de genuina amoris ratione certatibus.  
Denique iustū profert iudicium, In fructificādis enim ger-  
minibus dupla aëri quam igni materia suppetit. Aëris  
enim maritat in glebis, et producit in folijs, et graui-  
dat in folliculis, Sol enim maturare tantum nouit in gra-  
uis. Nam ut hoc certū sit, cecatur à lunone illa uideli-  
cet causa, quod hyemis tempus aëris nubilo caligante  
nigrescat. Iupiter uero occultis uaporibus cōceptio-  
nem fatim ei futuri germinis subimisstrat, id est, quasi  
præscientiam. Nam ob hanc rem Janus bifrons pingi-  
tur, quod et præterita, et futura recessiat.

## 9. Fabula Promethei.

**N**ulla querantur ultra terris munimina, dum  
usque in cœlum peruerent farta, aut que se-  
curitas erit argenti et auri, ubi flama potuit inuolari,  
Prometheū aiunt bonum ē ex luto fixisse, quem quidē  
in anima-

inanimatum atq; insensibile fecerat, cuius opus Minerua mirata proponebat ei, ut si quid uellet de cœlestibus donis ad suū opus adiuuandū inquireret. Ipse nihil se scire ait, quæ bona in cœlestibus habentur, sed si fieri posset se usq; ad superos eleuaret, atq; exinde si quid figulinæ congruū cerneret melius intire, id est, propter septem liberales artes, uel propter septē planetas, quæ in dære currūt oculatus arbiter præsumpsisset. Illa inter oras septē plicias Cypei sublatā cœlo opificem detulit. Dumq; uidetur omnia cœlestia flammatis animata vegetare vaporibus, clam fructuam Phœbeacis applicans rotis, ignem furatus est, quæ pectusculo hominis applicans animatū reddit corpori. Itaq; ligatū cū uulntri fere iecur perene præbentem, ut Nicægoras in disthemithca libro, quæ scripsit, primū illū formasse Idolum refert, ex eo quod uulturi iecur præbeat, liuoris quasi pingat imaginem, unde Petronius Arbiter ait: Cui uultur iecur ultimum pererrat, et pectus trahit, intimaq; fibras. Non est, quem tepidi uocant poëte, sed cor dis mala, liuor atq; luxus, nam et Aristoxenus in Epimeliorum libro, quem scripsit, similia, profert. Eniuero Prometheus quasi προύδειος, quod nos, latine prouidentiā dicimus, ex dei prouidentia et Minerua quasi cœlesti sapientia hominem factū. Diuīnū uero ignem, quem uoluere, ani-

luere, anima mōstrant diuinitus inspiratā, quæ apud Paganos dicitur de cœlis tracta. Iecur uero Prometheus uulturi præbentem, quod nos cor dicimus, quia in corde aliquanti philosophorū dixerūt esse sapientiam. Vnde et Iuuenalis ait: Si leua in parte papilla nil salit Arcadico iuueni. Deniq; uultur ē in modum mundi posuere, quod mundus celeri quadā uoluoritate uersetur, et cadauerum nascentiū occidens, umq; perennitate depascitur. Itaq; alitur ac sustentatur diuinæ sapientiæ prouidentiæ, quæ nec ipsa finiri nouit, nec mundus cessare ab eius elementis aliquatenus possit. Deniq; Pandoram dicitur formasse. Panorama enim græce omnī mundus dicitur, quod anima munus sit omnium generale.

#### 10. Fabula de adulterio Veneris,

**I**vste uel Sol Veneris depalat adulteriū, quatenus solet Luna eius cœlare secretū. Venus enim cū Marte concubuit, quam Sol inueniēs Vulcano prodidit, ille adamāte caihenas effecit, ambosq; religans dis turpiter iacentes ostēdit, illa dolens quinq; filias Solis amore succēdit, id est, enim Pasiphaēn, Medeā, Phœdram, Circē, Dircē. Quid sibi de hoc poëtica aliquid garrulitas inquiramus. Perstant nunc in nostra de hac fab-

de hac fabula uita, certa admodum testimonia. Nam uirtus corrupta libidine, sole teste appetet, unde Ouidius in Metamorphoseon ait: Videt hic deus omnia primus. Quae quidē uirtus corrupta libidine turpiter catenata feruoris constructione tenetur. Hæc itaq; quinq; solis filias, id est, quinq; humanos sensus luci ac ueritati de ditos, quasi solis foetus hac corrupta la fuscatur, ob hanc rem etiam huiuscemodi nomina quinq; ipsis solis filiabus uoluere, primam Pasiphaen ut uisum quasi πασιφαέν, quod nos latine omnibus apparente dicimus. Visus enim reliquos quatuor sensus inspicit, qui & eū, qui clamat uideat, & palpado notat, & degustando aspicit, & odorando intēdit. Secundam Medæa, quasi auditū, hoc est, μαθητήρ id exēp quod nos latine nullam uisionem dicimus. Quartam Phedra quasi odoratus, uelut si dicatur φέροσθόσης, quasi afferens suauitatem. Quinta Dirce saporis index quasi στερεκρίνη, quod nos latine acre iudicās dimus.

#### Fabula Vlyxis & Sirenum. II.

**S**irenus græce tractatoriæ dicuntur. Trilus enim modis illecebra amoris trahitur, aut cantu, aut uiju, aut consuetudine. Amantur enim quedam specie eruenus

si uenustate, quedam etiam lenocinante consuetudine. Qyus Vlyxis socij obturatis auribus transirent. Ipse uero religatus transit. Vlyxes enim græce κυνόλωψ θεος, omnium peregrinus dicitur. Et quia sapientia ab omnibus mundi rebus peregrina est, ideo astutior Vlyxes dictus est. Deniq; Sirenas, id est, delectationū illecebras & audiuimus & uidimus, id est, agnouimus & iudicauimus, et tamē traximus nihilominus. Ideo quia audite sunt, mortuae sunt. In sensu enim sapientia omnis uoluptatis affectus moritur. Ideo uolatiles, quia mentes amantū permeant celeriter. Inde gallinaceos pedes, quia libidinis affectus omnia, que habet, spargit. Deniq; & Sirenes dictae sunt αύγες enim græce trahō dicitur.

#### 12. Fabula Scyllæ.

**S**cyllam seruit uirginē pulcherrimā, quā Glaucus Antedonis filius amauit, quē Circe solis filia diligebat, irataq; Scyllæ, fonte in quo lauari solita erat uenenis infect. Vbi illa descendens ab inguine lupis canibusq; marinus inserta est. Scylla enim græce quas σκύλλας, dicta est, quod nos latine confusionem dicimus, & quid confusio nisi libido est? Quam libidinem amat Glaucus. Glaucus enim græce lusciosus dicitur, unde & glaucomata dicimus concitatō, ergo omnis

omnis qui luxuriam amat, cœcus est. Nam & Ante<sup>a</sup> donis filius dictus est. Antedon enim græce, quasi antidon, quod nos latine cōtraria uidens dicimus, ergo lippitudo ex cōtraria uisione nascitur. Scylla enim in modū ponitur meretricis, quia omnis libidinosa canibus lupisq; inguina sua necesse est misceat. Iuste ergo lupis & canibus mixta, qd nescit sua alienigenis deuorationibus saturare secreta, sed hanc Circe odisse dicitur. Circe, ut antedictum est, manus dijudicatio uel operatio nuncupatur. Χειρὶν πρᾶτον, laborem enim manuum & operationem libidinosa mulier nō diligit, sicut Terentius ait; A labore proclivem ad libidinem accipit conditionem de hinc questā occipit. Hac etiam vlyxes innocuus transit, quia libidinē sapientia contemnit.

#### Fabula Myda Regis & Pactoli Fluuij. 13.

**M**Yda rex Apollinem petijt ut quicquid tetigisset aurū fieret. Cūq; promeruissest munus in ultionem conuersum est, coepitq; sui uoti effectu torqueri. Nam quicquid tetigerat aurum statim efficebatur. Erat ergo necessitas aurea, locuplesq; penuria. Nam & abus & potus rigens auri materia marmorabat, Itaq; Apollinem petijt, ut mala desiderata cōuerteret

vōuerteret. Res p̄sōq; accepto, ut tertio caput sub pacto li fluminis undas subderet. Quo factō, pactolis dema ceps aurcas arenas trahere dicitur. Sed euidēter Poëte adlustrūt argutā, illa uidelicet causa, quod omnis appetitor avaritiae, cū omnia precio destinat, fame moriatur, quod & Myda rex erat, sed collecta pecuniarū summa, ut Sofistates Cizicenus in libris historiæ scribit, quod omni censu suo Myda rex pactoli fluuiū, qui in mare currere solitus erat, per innumerabiles meatus ad irrigādam prouinciam deriuauit, suaq; expensa avaritia fluuiū fertilem reddidit, Myda enim græce quasi μηδὲ γένεσθαι id est, nihil sciens, Avarus enim tantum stultus est, ut sibi prodeesse non norit.

#### I. Fabula Vulcani & Minerue.

**V**ulcanus cum Ioui fulmen efficeret ab Ione promissum accipit, ut quicquid uellet præsumeret. Ille Mineruam in cōlugum petijt. Iupiter impetravit ut Minerua armis uirginitatē defendiliset. Dumq; cubiculū introirent certando Vulcanus semē in pavimentum eiecit, unde natus est Erichthonius. Egis enim græce certamē dicitur χθόνιος χθενός uero terra nucupatur, quē Minerua in cista abscondit, draconēq; custode apposito, Aglauro & Pandore commensauit

D  
dauit

davit, qui primus currū repperit. Vulcanum dici uoluere quasi furia ignem, unde & Vulcanus dicitur, ueluti uoluntatis calor, quasi Βολεκατερος. Denig. Ioui facit fulgura, id est, furorem concitat, idco uero cū Mineru& coniungi uoluerunt, quod furor etiam sapientibus subrepat. illa uero armis uirginitatem defendit, hoc est, omnis sapientia integratatem morū contra furiā uirtute animi uindicat, unde quidē Erichthonius nascitur. Epis enim græce certamen dicitur χθονι uero non solū terra quantū etiā inuidia dii potest, unde et Thales Milesius ait, ωχθονις δοξης λογικης σφρασις, id est, inuidia mundane glorie coniunctionis, & quid nam aliud surripiens sapientie fuerit generare poterat nisi certamē inuidiae. Quod qui dem sapientia, id est, Mineru& abscondit in cista, id est, in corde celat, ex quo Mineru& draconem custode apponit, id est, perniciem, quem quidem duabus commendat uirginibus, id est, Aglauro & Pandore. Pandora enim uniuersale dicitur munus. Aglauro uero & χθονιος, id est, tristitia obliuio. Sapiens enim dolorem suū, aut benignitati cōmendat, que omnium manus est, aut obliuioni, sicut de Cæsare dictum est: Qui obliuisci nihil amplius quam iniurias soles, Denig. cum Erichthonius adolesceret quid inuenisse dicitur? nihil omnibus currunt, ubi inuidie semper cōfessum est.

Vnde uer

Vnde Virgilius: Primus Erichthonius currus & quanto ausus iungere equos. Infelicite quanto ualeat cū sapientia iuncta castitas cui flammari non deus ualuit.

15. Fabula Dionysij.

U piter cum Semele concubuit, de qua natus est Liber pater ad quā cū fulmine uenies crepuit, unde pater puerum tollens in se more suo misit. Maroni postea nutriendū de dit, hic India debellauit, & inter eos deputatus est Itag. cū Semele quatuor frōres appellatē sunt, Ino, Antonoë, Semele, & Agaue. Quid sibi hac fabula sentiat exquiramus. Quatuor sunt ebrietatis genera, id est, prima uinolētia, secunda rerā obliuio, tertia libido, quarta insania unde & nomina haec quatuor Bacchē accepérūt. Bacchē dictae sunt quasi uino uacates. Prima Ino ñuos græce, latine uinū dicimus. Secunda Autonoë quasi ñυτονος, id est, se ipsam non cognoscens. Tertia Semele quasi μάλιστρος quod nos latine corpus solutū dicimus. Vnde & ipsa genuisse Liberum patrem dicitur, id est, de libidine nata ebrietas. Quarta Agaue, que ideo insanior comparatur quod caput filij uolenter abscidit. Liber uero pater dictus est, quia uini passio liberas mentes faciat. Indos hero uicissim, quod haec gens ualde sit uina dedita

Castor, Pollux & Helenæ. Sed hæc fabula mystici saporem Cerebri concipit. Iuppiter enim in modū potentiae ponitur. Læda uero dicta est quasi Auctōn qd<sup>o</sup> latine aut iniuria aut conuictum dicimus, ergo omnis potentia iniuria mixta speciem sua generositatis mutat. Ideo in Cygnum conuersus dicitur, quod si runt physiologi quā maxime Melistus Euboicus, quod omnium physiologorum sententias disputauit, huius generis auem conuictis ita esse plenam, ut ipsa aue claram reliquæ aues taccant, quæ præsto fuerint. Unde et olor dictus est, quasi ab oligoria tractū quod nos latine iniuriam dicimus, ergo quotienscumq; nobilitas iniuriā uergit conuictis misceatur necesse est. Sed quid ex bac re cōcipitur uideamus. Nibilominus ouū, quia sicut in ouo omnis sordities, quæ purgari potest in ignem contineuntur intrinsecus. Ita etiam in effectu iniuria omnis est immunditia. Sed ex hoc oratione= rantur tres, Castor, Pollux, & Helenæ. Nibilominus seminarium scandali & discordie, sicut antea diximus, & geminum luctum concusit adultera mundo. Castorem uero & Pollicem, quasi in modum perditionis posunt, unde et in mari castorum signa dixerunt, quæ periculum creant. Nam ob hanc rem etiā ambos alternatiōnē refurgere, atq; occidere dicunt, quod superbia nonnunquam uiuat, nonnunquam occidat.

D 3 cidad.

dedita, duobus scilicet modis, sive quia feruor solis eos faciat potare, sive quis ibi sit Serapenum uinum uel Meroitanum, cuius uini tanta uirtus est, quo uix qui libet ebriosus sextarium toto mense bibat, unde et Lucanus ait: Indomitum Meroē cogens spumare Falernum. A qua enim omnino domari non potest. Magari etiam Dionysius nutrientus datur, quasi Mero ni. Mero enim omnis nutritur uinolentia, hic etiam tigribus datur sedere, quod omnis uinolentia, frumenti semper infusat. Sive etiam quia uino efforata mentes mulcentur, unde et Lieus dicitur quasi lenitem p̄stans lucenī uero ideo pingitur Dionysius quia nunquam obrietas matura est. deo etiam nudus quia omnis ebriosus interuertendo nudus remaneat, aut mentis sue secreta ebriosus nudet.

## Fabula de Cygno &amp; Leda. 18.

**Q**uamuis in omnibus libidinis amor turpior sit, nunquam tamē deteior erit, quā cū se honorato miscuerit. Libido enim honestatis nouerca, dū quid expediāt nescit, semper est m̄estati contraria. Qualis enim diuinitas eius, qui sit quod esse uelit, ne quidem quod fuerat esset, conuersus in Cygnum cum Leda cōcubuit, quæ peperit ouū, unde natū sunt tres, Castor

adat, unde ex Greecis ὑπέρ φενία superbia dictatur. Sed ὑπέρ φενία proprie super apparitio dicitur, quia in istis duobus signis que eorum vocabuntur fratrum nuncupauere, unus super apparet, alter uergat, sicut Lucifer et Antifer. Nam grece Pollux ἀπὸ τοῦ απολλήν, id est, à perdendo, & Castor quasi λεύκηρος ὑστρός, id est, malum extreum.

## Fabula. Ixionis.

**Q**ui plus querit quā liceat esse, minus erit quā est. Ixion igitur coniugium Iunonis affectans, illa nubem ornauit in speciem suā, cum qua Ixion colens centauros genuit. Sicut nihil latina gratus ueritate, ita nihil greca falsitate ornatius. Deniq; Ixionem dici volueret quasi axonen, & ξιόντος enim grece dignitas dicitur. Dea uero regnorum Iuno est ut pri dem diximus ergo dignitas regnum affectans nubem meretur, id est, similitudinem regni. Regnum enim illud est, quod perenniter duraturum est. At uero cui temporis fugitiua uis inuidet, pī natisq; celerrima rapidibus momentaneae felicitatis figuræ potius quam ueritatem ostendens, uentositatē inanem speciem præsumit. Deniq; Beatinus augur dicere solitus erat diuersarum urbium honores somnialiter peragi urbis cario manologo, & quāvis utrāq; nihil agere dixerit, tamen hoc

namen hoc Romæ prestare uisus est, quod ex parte quidem ueros honores sed risorios, sed atius fugitivos. Credo enim quod de Theophili philosophi sentential legerat dicētis μέντος Βίος, id est, nimis uita. Nunc ergo fabulam repetamus. Dromocrides in Theogonia scripsit Ixionem in Gracia primū regni gloriam affectasse, qui sibi centū equites primus omnium acquisiuit, Vnde ex Centauri dicti sunt quasi centū armati. Deniq; centibipi dici debuere ex quo etiam equis mixti pinguntur. Sed ideo centum armati, qui quidem Ixion paruo tempore celere regnum adcepit, deinceps regno expulsus est, unde ex eum ad rotā damnatum dicunt, quod omnis rotæ uertigo, que superiora habet, modo deiciat. Ergo ostendere hic uoluerunt, quod omnis, qui per arms, atq; violentiam regnum affectant subita erectiones, subito clisiones sustineant, sicut rota que stabile non habet aliquando osculum.

## 18. Tantali fabula

**T**antulum dicunt in lacum inferni depositum, cui fallax aqua gulosis labia titillamentis attingit, poma quoq; fugitiuis cinerescentia tadiibus desup facientes apparent pendula. Ergo huic locuples ius

sus & pauper effectus, ita se illa undafallax præbet  
ut sitiat, ita se poma ingerunt ut esuriat. Hanc fabu-  
lam Petronius breuiter exponit dicens:  
Nec bibit inter aquas, nec poma natentia carpit  
Tantalus infelix, quem sua uota premunt.  
Diuinis hæc magni facies erit, omnia lice  
Qui tenet, & sicco concoquit ore famem.

Fabula Proserpinæ & Endymionis. 17.

**L**Vnam ideo ipsam uoluerunt etiam apud infe-  
ros Proserpinam, seu quod nocte luceat, seu  
quod humilior currat & terris prefit, illo uidelicet  
pacto, quod detrimenta eius & augmenta, non solù  
terra, sed & lapides, uel cerebra animantium & quod  
magis incredibile sit etiam latamina sentiant, que in  
luna clementis eicta uermiculos parturiunt, ortis  
ipsam etiam Dianam nemoribus uolunt simili modo,  
quod arborum et fructicum succo augmenta inculcat.  
Deniq; clementis luna abscisa ligna furfuraceis ti-  
nearum terebraminibus fistulescunt. Nemoribusq;  
adesse dicitur, quia omnis uenatio plus nocte pasca-  
tur, dicq; dormiat. Endymionē uero pastore amasse  
sicitur duplo scilicet modo, seu quod primus homi-  
num Endymion cursum lunæ inuenierit: Vnde & tri-

genta annū

gente annū dormisse dicitur, qui nihil aliud in uita  
sua nisi huic reperitioni studuit, sicut Nasas in pri-  
mo libro de Europa scribens tradidit, siue pastorem  
Endymionem amasse fertur, quia nocturni roris hu-  
mor, quem aporia siderum atq; ipsius lunæ anima-  
dis herbarū succis infundant, pastoralibus profit su-  
cessibus.

FVRRI PUBLI FVLGENTII

LIBRI SECUNDI

FINIS.

D S FVLGEN

# EVLGEN-

TH E P I S C O P I C A R T H A G I  
ensis Mythologiarum ad Catum Presby  
teri Carthaginensem, Liber  
Tertius.



Nsciētia formidolosa suspectio semper excusandi querit suffragia. Quo quicquid ignorāntia incursionū māter peccauerit, id uenia absoluat petitio, quae culpas uestire consuevit. Sed quia nunquam dese male existimat sermo, qui ad amantem iudicem mittitur, idcirco mea simplicitatis negotium tuo domine purissimo quidam commisi iudicio, fretus quia quicquid absurde dī gessum est, ut non inuidus de trahis, sed ut doctissimus corrigis.

Fabula

I. Fabula Bellerophontis.



Rætus rex uxorem habuit Antiam nomine, quæ amauit Bellerophontem, cui dum ob stupri causam mandasset, ille noluit, quæ marito criminata est.

Ille eum ad Chymeram interficiendam misit pro socorum suum. Quia Bellerophon equo pegaso residens interfecit, qui de Gorgonis sanguine natus fuerat. Bellerophonta posuerūt quasi Boūlē φορτὰ quod nos latine sapientie consiliatorem dicimus. Homerus ait in R. Ilados: ὁ χεὶς παννύχιος εὐθεὺς Βούλη φόροις αὐνόλει, id est, nec decet tota nocte dormire consiliatorem uirum. Nam & Menander similiter in dissexapoto comedia ita ait: Βούλη φόροις εὔχεισον προύλαβες ὁ γέαστης, id est, consiliarie nostrâ de mea p̄œcupati uisione. Nā ut hoc certū sit. Homerus in fabula eiusdē Bellerophontis ita ait: τοις θάγαθα φρονεορυτὰ διαιφρονα δελλεοφοντη, id est, bona cogitantū sapientiā consilium spernit libidinem, id est, Antiam. Antion enim Gærce contrarie um dicitur, sicut Antichristum dicimus, quasi ἀντίος τοῦ χριστοῦ est, contrarius Christo. vide itaq; cuius uxor Antia dicatur nihilominus Praet. Prætos Pandila lingua sordidus dicitur sicut Hesiodus in Bacchico ludicrō

lico ludicro scribit dicens, id est, sordidus uuarū bene  
rore, & cuius uxor est libido nisi sordidi? At uero  
Bellerophon, id est, bona consulatio, qualem equum  
sedet nisi pegasum, quasi pegascon, id est, fontem ater  
num. Sapientia enim bona consultatiōis aeternus fons  
est. Ideo pennatus, quia uniuersam mundi naturam  
celeri cogitationum theoria collustrat. Ideo & Mu  
sarum fontem ungula sua rupisse dicitur. Sapientia  
enim dat Musis fontem, ob hanc rem etiam sanguine  
Gorgoneo nascitur. Gorgon enim pro terrore ponit  
tur. Ideo & Minerva pectore fixa est, sicut Homerus  
in tertio decimo ait: οὐ γάρθε λέων ὅτιοθε δέ  
σφακτεύ μέση τε χιμάτος. Ergo hic duplex  
assertio est. Aut enim terrorc finito sapientia nasci=   
tur, sicut desanguine, id est, de morte Gorgonis Pega  
sus, quia stultitia semper est timida, aut initium sapien  
tiae timor est, quia & magistri timore sapientia cre=   
scit, & dum quis famam timuerit sapiens erit, unde  
& chymeram occidit. Chymera enim quasi λευκή  
τόξο, id est, fluctuatio amoris. Ideo etiā triceps Chy=   
mera pingitur, quia amoris tres modi sunt, hoc est, in  
sipere, perficere & finire. Dum enim amor nouiter  
uenit, ut leo feraliter inuidit, unde & Epicarmus  
comicus ait: οὐδέποτε τέλος λέοντα σίναρει βαλλε=   
τόξο, id est, dominator cupidio leontea virtute prae sum=   
ptior. Nam

sio. Nam & Virgilius in Georgicis tetigit dicens: Ca  
tulorum oblitera leena senuior errauit campis. At uero  
capra qua in medio pingitur, perfectio libidinis est,  
illa causa uidelicet, quod huius generis animal sit in li  
bidinem ualde proclivum. Unde Virgilius in Buc=   
colicis ait; Hœdiq; petulci. Ideo & Satyri cum capri  
nis cornibus depinguntur, quia nunquam noucre fa=   
turari libidine. At uero quod dicitur postremū draco  
illa ratione ponitur, quia post perfectionem vulnus  
dicit penitentia, uenenumq; peccati. Erit enim hic or  
do dicendi, quod primū sit in amore inchoare. Secū=   
dum perficere. Tertium uero penitente de perfecto  
vulnere.

## 2. Fabula Perdicis.

**S**Emper delicata consuetudo laborioso fert p̄r=   
judicium operi, & mollitur educatu, dum quod  
nō optat euenerit penitentia creat. Melius est enim  
laborare partiliter, securius edoceri quam ex necessi  
tate ueniente repentaliter perterreri. Perdicem fe=   
runt uenatorem esse, qui quidem matris amore cor=   
reptus, dum utring; & immodesta libido frueret,  
& uerecundia noui facinoris reluctaretur, consump=   
tus, atq; ad extremam labem deductus esse dicitur.  
Primus

Primus etiam ferrā inuenit, sicut Virgilii ait: Nō primū cuneis scindebat fissile lignū. Sed ut Fenestellus, Marialis, ait uel scribit, hic primum uenator fuit, cui cum ferme cædis cruenta uastatio, & solitudinem uagabunda errando cursilitas displiceret, plusquam tamen uidens Conthyroletas suos, id est, Acteonem, Adonum, Hippolitum, nimirū necis functos interitu, artis pristinæ affectui mittens repudium agriculturam est affectatus, ob quam rem matrem quasi terram omnium genitricem amasse dicitur. Quo labore consumptus etiam ad maciem peruenisse dicitur, & quia cunctis uenatoribus de pristinæ artis obprobrio detrahens bat ferram quasi maliloquium fertur reperiisse. Ma- tremetiam Polycasti habuit, quasi Polycarpen, quod nos latine multius uictam dicimus, id est, terram.

## Fabula Actonis.

**C**uriositas semper periculorum germana de-  
trimeta suis amatoribus nouit parturire qua-  
gaudia. Acteon deniq; uenator Dianam lauantē uide-  
se dicitur, qui in ceruum conuersus à camibus suis nō  
agnitus eorum mortibus decoratus est. Anasimenes,  
qui de picturis antiquis differuit in libro secundo ait  
uenationem Acteонem dilexiſſe, qui cum ad maturam  
perueniſſet

perueniſſet etatem desideratis uenationem pericu-  
lis, id est, quasi nudam artis sue rationem uidens tamen  
nudus factus est. Unde et cor cerui habere dicitur,  
unde et Homerus ait: ὅν Βάρεσ λύνθ οὐ ματέται  
χαρπίαριν ἡ ἐλαφοῖ, id est, ebriose oculos canis  
babens et cor cerui. Sed dum periculum uenandi fu-  
geret, affectum tamen canum non dimisit, quos inani-  
ter pascendo pene omnem substantiam perdidit, ob  
hanc rem à camibus suis decoratus dicitur esse.

## 4. Fabula Hero &amp; Leandri.

**A** Morum cum periculo sepe concordat, & dum  
ad illud solum natat quod diligit, nunquam  
uidet, quod expedit igitur enim greci amor dicitur.  
Leandron uero dici voluerunt quasi λυρίας γαλῆ,  
id est, uirorum solutionem. Solutio enim uiri amore  
parturit. Sed natat nocte, id est, obscuro tempore tentat  
pericula. Hero quoque in amoris similitudine fingitur  
lucernam ferre, & quid aliud amor nisi flamma ficit,  
& desideranti periculosam uiam ostendit. Cito tam-  
en extinguitur, quia lucernalis amor non diu perdura-  
rit. Denique nudus natat, illa uidelicet causa, quod suos  
affectatores amor et nudare noverit, & periculis si-  
qui in mari iactare. Nam extincta lucerna utriusque  
est procreare

est procurata maritima, hos in euidotti significans, quod in utroq; sexu uapore etatis extincto libido comoritur. In mari uero mortui feruntur, uelut in humore frigidæ senectutis. Omnis enim caloratae iuuentis igniculus tepidae ueterinitatis algescit in senio.

Fabula Berecynthiae & Attis.

**D**ECEPTA Græcia credulitate dæmonum potius quam deorū, nunquam deterius suis dis reponeret, quam ut eorum matrem ueterinam non solum puerilem amatu, quantum etiam fingeret. Zelotypam. Tantum enim zeli succēsa anus in uidiosa, flagravit quæ nec suis utilitatibus furiosa pepereit et unde fructum sperabat libidinis, illud ueterana succideret meretrix. Et quamvis apud mulieres annos libido obtineat regnum, tamen etiam iniuncta libidine zelus obtinet dominatum. Berecynthia enim mater deorum Attin puerum formosissimum amasse dicitur, quem zelo succensa castrando seminasculum fecit. Quid ergo sibi in his Græcia sentire uoluerit edicamus. Berecynthiam dici uoluere quasi mortuam dominam. Ideo matrem deorum quod deos nūcupari per superbiam uoluerem. Ideo eos in olymbo habitantes quasi excelsos & superbos. Ideo & dæmonas nūcupant se-

expant secundum Homerū, qui dicit: μετὰ δὲ τοὺς  
ναὸς ἄλλος, id est, cū deos alios. δῆμος enim græce  
populus dicitur, is dicitur unus, et quia populos sub=  
dere cupiebat, & soli super populos esse, dæmones di  
stis sunt, id est apud Romanos indigentes. Ergo Bere  
cynthiam montibus præesse dixerunt bernicinthos.  
Cynthos enim attica lingua flos nūcupatur, unde &  
lacinthus dicitur quasi λινθός, quod nos latine so  
lus flos dicimus, quasi omnibus perfectior. Nā & Epi  
carpus ita ait: πανηρπίος σιφάνος οὐκώστηκε.  
Τῷ προθέσεψ χεύσαλός, id est, floriger a corona,  
atq; ē litoribus procedit chrysalus. Itaq; flore quāvis  
quilibet amet tamē abscindit, ut Berecynthia in Attim  
fecit. Attis enim græce flos dicitur, ut Sofides At=  
ticus in libro Theologumeno quē appellauit scribit,  
matrem deum in modum potentiae uoluit ponit, unde  
Cybele dicitur quasi Cidos baleon, id est, gloriæ fir=mitas, unde & Homerus ait.

id est, cui iupiter gloriā donauerat, ergo ideo tur=rita pingitur, quod omnis potentia elatio sit in capite.  
Ideo Leonū currui præsidens, quia omnis potentia  
regno ornata sit. Sceptrum etiam fert, quod omnis  
potentia uicina regno sit, ob hanc rem etiam mater  
deum dicta est, illud nihilominus ostendere uolentes  
quod sine indigentes, siue dij, siue dæmones apud anti-

quos à diuitijs dicti sunt. Ergo potentia diuitiā mater est, unde et Homerius Agamemnonē considerans ait: ἔτελθεν τέσσερα πικροφύλακες οὐρανοῖς. Nec non etiam Euripides consimilans Tantalum iouim̄ tragœdia Electra ait.



*id est, beatus ille, nec inuidio fortunas eius, ionus e-  
quals, ut dicitur Tantalus, ergo potētia gloria sem-  
per et amore torretur, et liuore torquetur, atq; ab-  
scindit quod diligit, dum tamen amputet illud, quod  
odit. Deniq; omnis nunc usq; potētia nescit circa suos  
diuturnum seruare, afflatum, et quod amauerit a-  
ut zelandō amputat, aut fastidendo horrescit. Et  
Attin dici uoluerunt quasi ibo et eos enim græce cōsue-  
tudo dicitur, ergo quantuscunq; amor sit, potētibus  
stabilis esse non nouit.*

### Fabula Psyches et Cupidinis.

**A** pulcius in libris Metamorphoseon hanc fa-  
bulam planissime designauit, dicens, esse in  
quadam ciuitate regem et reginam, habere tres filias,  
duas natu maiores esse tēperata specie, inniorem non  
tam magnifica esse figuræ qui crederetur Venus esse  
terrestris. Denique duabus maioribus, quæ erant tem-  
perata spe

perata specie, cōnubio ueneri illam uero ueluti dicam  
non quisquam amare ausus, quam uenerari pronus, *Hac fabula  
atq; hostijs sibimet deprecari. Contaminata ergo ho-  
noris maiestate, Venus succensa inuidia cupidinem (nulla excepit)  
petit, ut in contumacem formā seueriter vindicaret. circuuntur in  
ille ad matris ultionem aduentus, uisam puellam ad- adaptari pri-  
mauit. poena enim in affectu conuersa est, ut magnifi- one pote in-  
cūs iaculator ipse se scutelo percutisset. Itaq; Apolinis summa- ture. summa  
denuntiatione iubetur puella in montis cacumine sola. Adem primi  
dimitti uelut feralebus deducta exequijs pennato ser- preuenit, qui  
pentis spōso defunari. perficio namq; choragio puella oritur in  
per montis declivia Zephyri flantis leni uctura de- dīcūs ueni-  
lapsa, in quadam domū auream rapitur, quæ pretio- di bonis em-  
sa sine pretio, sola consideratione laude deficiente po- lig sociis con-  
terat exsiliari. Ibiq; uocibus tantummodo sequentiis bus ignota, atq; mansionario utcbatur coniugio. Nocte a Des exultab-  
enim adueniens maritus Veneris prælijs obscure et pater Venus  
peractis, ut iniuste uespertinus ad uenerat, ita crepus- pido, eu, na-  
sculo incognitus etiā discedebat. Habuit ergo uocale manu- rurgi uel con-  
seruit, uentosum dominum, nocturnū cōmentum, manu- te Rose, doce-  
ignotum coniugum. Sed ad huius mortem deflendā, Diversi, ribi  
forores adueniunt, montisq; consenso cacumine ger- religuntur.  
manum lugubri uoce flagitatā uocabulū et quāvis  
illi coniunx lucifuga foros ei communando uetaret  
affestus, tamen consanguinea Charitatis invicibilis ardor*

ardor maritale obumbravit imperium. Zephyri ergo flagrantis aura anhelante uectura ad semet sororios perducit affectus, earumque uenenosis consilijs de mariti forma querenda cōsentiens curiositatem suae facultatis nouercam arripuit, et facilimam credulitatem, que semper deceptionem mater est, postposito cautele suffragio, arripuit. Denique credens sororibus se marito serpenti coniunctam, uelut bestia interficiens nouaculan sub puluiniari abscondit, lucernamque modo conteget. Cunq; altum soporem maritus extenderet, illi ferro armata lucernamque modo custodita eruta, cupidine cognito dum immodesto amoris torreatur affectu olei scintillae desputante maritum succedit, fugiensque Cupido multa super curiositate puelle increpitans domo extorre. nec profugam dereliquit. Tadem multis iactata uenereis persecutionibus postea loue petente in coniugio cupidinem accepit. Poteram quidem totius fabulae ordinem hoc libello percurrere, qualiter et ad infernum descenderit, et ex stygiis aquis undam delibauerit, et solis armamenta uellere spoliauerit, et seminum germina confusa disreuerit, et de Proserpine pulchritudine particularum moritura presumperit. Sed quia haec saturatus et Apuleius penes duorum continentia librorum tantam falsitatem congeriem enarrauerit, et Aristophantes

phantes Atheneus in libris, qui Diceretis nuncupatur hanc fabulam enormi uerborum circuitu discere cipientibus prodit, ob hanc rem superuacuum duximus ab alijs digesta nostris inserere libris, ne nostra opera aut proprijs exularemus officijs, aut alienis ad diceremur negotijs. Sed dum his qui fabulam legent, in nostra haec transcat, sciturus quod sibi illorum falsitas sentire uoluerit. Cuitatem posuerunt quasi in modum mundi, in qua regem et regiam uelut dicam et materiam posuerunt, quibus tres addunt, carmen ultrometatem quam libertatem arbitrij dicimus, et animam, Υγκη enim grece anima dicitur, quae ideo iuuorem uoluerunt, quod corpori iam facta postea inditam esse dicebant. Hanc igitur ideo pulchriorem quod et a libertate superior, et a carne nobilior. Huic inuidet Venus quasi libido, ad quam perdenda cupidinem mitit. Sed quia cupiditas est boni et mali, cupiditas animam diligit et ei uelut in coniunctione miscetur, quam persuadet ne suam faciem uideat, id est, cupiditatis delectamenta discat, unde et Adam quis uideat nudum se non uidet donec de concupiscentiae arbore comedat. Neve suis sororibus, id est, carni libertati de sue forme curiositate per discenda consentiat. Sed illarum compulsamento percita lucernam de suo modo eicebat, id est, desiderij flamam in pectore

absconsam depalat, uisam taliter dulcem amat ac diligit, quam ideo lucernæ ebullitione dicitur incendisse. quia omnis cupiditas quatum diligitur tantum ardescit, & peccatricem suæ carni confingit maculam, ergo quasi cupiditate nudata ex potenti fortuna cruitur & periculis iactatur & regia domo expellitur. Sed nos quia longum est (ut dixi) omnia persecui tenore dedimus sentiendi. Si quis uero in Apuleio ipsam fabulam legerit, nostra expositionis materia que non diximus ipse reliqua cognoscet.

Fabula Pellei & Thetidis.

**T** Hetidem dici uoluerunt aquam. Iupiter quasi deus coniungit Pele. ταλάς enim græce lumen dicitur, ergo terram cum aqua commixtam uolunt homines genuisse, unde & iouem cum Thetide uoluisse concubere dicunt, & prohibitum esse ne maiorem se genuisset, qui cum de regno expelleret. Ignis enim id est, Iupiter si cum aqua coeat aquæ uirtute extinguitur, ergo in coniunctione aquæ terre, id est, Thetidis, & Pelei discordia sola non petitur, illa uidelicet causa, aut concordia uitiorumque elementorum homo gignatur. Nam et incompetetia illa indicat, quod Peleus aut terra, id est, caro, Thetis ut aqua, id est,

aqua, id est, humor. Iupiter, qui utraque gignit ut ignis id est, anima, ergo in conceptione hominis & elemē torum iugalitates tres, ut supra diximus, uite certantur. Nam & discordia malum aureum iecisse dicitur, id est, cupiditatem illa uidelicet causa quod in malo aureo est quod uideas, non est quod comedas. Sicut cupiditas nouit habere, non nouit frui. Omnes etiā deos Iupiter ad nuptias dicitur cōuocasse illa de causa quod putarent Ethnici singulas partes in homine deos fingerulos obtinere, ut iouē caput, Mineruā oculos, Iuno nem brachia, pectus Neptunū, cinctū Martē, renes & inguina Venerem, pedes Mercurium, sicut Demo crites in Physiologumenō scripsit unde & Homerus ait: οὐ μοχλὴ λεφαλὴ πελός διέ τηρει λεπτὸν ἄρετος ζωνῆς σέργου δὲ τοσούθεων, id est, caput & oculos similes ioui fulmine delectanti, Marti cingulū & pectus Neptunno. Nam & Tyberianus in Prometheo ait: deos singula sua homini tribuisse. Denique natum Achillem uelut hominem perfectū, mater in aquas intingit stygias, id est, durum contra omnes labores muniri, Solū etiā nō tetigit, nihilominus illud physicum significare uolētes, quod uenæ que in tali sunt ad renūm, femorum atq; uirilium rationē pertineant, unde aliquæ uenæ usq; ad pollicē tendūt, quod tractādes & physici & mulieres ad obtinendos partus &

ischidacos eodem phlebotomant loco et emplastro=mentaticum quem stisidem Africanus in Astrophi=stes uocauit pollici, et talo imponendum præcepit. Nam & Orpheus illum esse principalem libidinis in=dicat locum. Nam deniq; in entherocelicis & iisdem locis cauteria ponenda precipiunt. Ergo monstrat quod humana uirtus quamvis ad omnia munita tam libidinis istibus subiacet patula, unde et Lico=medis regiam datur ut nutririatur, quasi ad luxurie regnum. Licomedē enim græce quasi γλυκοῦντος, id est, dulce nihilum. Omnis enim libido et dulcis & nihil est, deniq; & amore Polyxene perit & pro libidine per Talum occiditur. Polyxene enim græce multorum peregrina dicitur, seu quod amor peregrinari faciat mentes ab ingenio suo, seu quod apud multos libido ut peregrinabunda uagetur.

Fabula Myrrhe & Adonis. 3.

**M**Yrrha patrem suum amasse dicitur, cum quo ebriato concubuit, cumq; eam pater utero plenam rescisset cognito criminé, euaginato eam persequi cœpit gladio, illa in arborem myrrham conserfa est, quam arborem pater gladio percutiens, Adon exinde natus est, quid uero sibi haec fabula sentiat editamus.

camus. Myrrha genus est arboris, de qua succus ipse exudat. Hec patrem amasse dicitur. Iste enim arbores in Indiæ sunt, quæ Solis caloribus cremantur, & quia patrem omnium rerum sole esse dicebant, cuius opulatu cuncta germinum adolescit natuitas, ideo et patrem amasse dicitur, dumq; gradioris fuerit reboris Solis ardoribus crepans rhagades efficit, per quas succum desudat, quod myrrha dicitur, & redolentib, lacrymosa guttulis fletus sudores scissuris bian=tit, iaculatur, unde Adonem genuisse fertur. Adon Græce suauitas dicitur, & quia hæc sp̄ecies odore sua uis est, Adonem dicitur genuisse. Ideo autem Venerē amasse dicunt quod hoc genus pigmenti sit ualde fuidum, unde Petronius Arbiter ad libidinis concitamentum myrrhinum se poculum bibisse refert. Nam & Sutrius Comœdiarū scriptor introducit Glycerā meretricem dicētem. Myrrhinum multi aduersi, quo nī rīibus armis occursem fortiuscula.

4. Fabula Apollinis & Marsyæ.

**M**inerua tibia ex osse inuenit, ac quibus tum in conuiuio deorum cecinisset, cumq; eius tumētes buccas dij omnes irrisissent illa ad Tritonem, paludem pergens, in aqua faciem suam speculatur dā turpis ad

turpis adiudicasset buccarum inflamina tibias eiecit,  
quibus Marysa repertis doctior factus prouocauit  
Apollinem concertaturum de cantibus, sibiq; Mydā  
rege iudicē deligūt, quē apollo cū non recte iudicas-  
set aī si nūis auribus deprauauit. Ille criminis sui notā  
tōnsori tamen ostendit, p̄cipiens ei ut si crimē eius  
celaret eum participem regni efficere. Ille secretū  
domini sui in terram fudit, & in defosso terræ duxit  
& operuit. In eodē loco calamus natus est, unde sibi  
p̄stor tibiam faciēs, que cum percutiebatur dicebat,  
Myda rex aures Asinales habet nihil minus quādā  
quod ex terra conceperat, unde & Petronius Ar-  
bitr̄.

Sic cōmissa uerens audius reserare minister  
Fodit hūnum, regisq; latētes prodiūt aures.  
Concepit nām terra sonum, calamis loquentes  
Inuenere Mydam qualem conceperat index.

Nunc ergo huius mysticæ fabule interius cerebrū in-  
quiramus. A musicis hæc reperta fabula, ut Orpheus  
in Theogonia scribit. Musici enim duos artis suis po-  
suerūt ordines, Tertiū uero quasi ex necessitate adij-  
ciētes, ut Hermes Trimegistus ait: ἀγεληπτος, Φαλλοπ-  
τηρ, ανθεμεωπ. Hoc est aut cantantiū, cytharizantiū  
aut tibicinantiū, prima est ergo uina uox, que sibi  
in omnibus

in omnibus musicis necessitatibus celerimaf subuenit.  
potest etiam limmata subrigere, & parallellos concor-  
dere, & distinas molire & p̄tli ōgos iuuare & or-  
nare chromatā. Igitur secunda cythara quāuis enim  
de his rebus dissexaphes̄ dicūt, sicut Mariādes scri-  
bit, multa de his faciat, tamē aliqua nō implet, quae ui-  
ua uox potest. Limmata enim facta nō erigit, quilisma-  
ta in se catenata nō implet. At uero ubias artis musi-  
ce partē extrema poterit adimplere. Cythara enim  
symphoniarū gradus habet quinq; secundo quod Pē-  
thagoras ait dū numerorū rythmicos modulos ad sym-  
phoniarum adduxit et concordia. Prima enim Sym-  
phonia est diapason, quod est in Arithmeticis dipla-  
ton, quod nos in latinis unum ad secundū dicimus. Se-  
cunda Symphonia diapente, quo d est in Arithmeticis  
hemiolius, quod nos in latinis duo ad tertium nunci-  
pamus. Tertia Symphonia diatessaron, quod est in  
Arithmeticis e pitritos, id est, tertius ad quartū. Quar-  
ta Symphonia dicitur tonus quod apud Arithmeticos  
E pogdous vocatur, apud nos quintum ad quartum,  
& quonia m ultra Arithmeticus ordo progre ditur,  
non patitur propriar nouenarum limitem, quia dici-  
mus alterius ordinis primus gradus est. Contigit er-  
go ut habeat quintam symphoniam, quæ armonia nun-  
cupatur, id est, octo ad novem Nullam enim ultra na-  
merum

numerum coniunctionem inuenies. Habet igitur musica partes septem, id est, genera, diaistema, sistematā, phongos, tonos, metabolas & melum p̄as, unde & Virgilius in sexto ait: Nec non Thritius longa cum ueste sacerdos, obloquitur numeris septem discrimina vocum. In arithmeticis enim plenitudo formulæ est, ut est in geometricis tonus. Vox uero habet gradus symphoniarum in numeris, quantum natura dota uerit ipsam uocē ut habeat artis & ut thesis quas nos latine elationes & delectiones dicimus. Tibia uero uix unam & dimidiā perficit symphoniam, una enim symphonia quinq; symphonias habet, ergo post artē musicam Minerua reperit tibias, quas omnis doctus in musicis sonet, has propter sonorū despuit pauperatem. Inflatas uero buccas ideo risisse dicuntur, quod tibia uenit in musicis sonet & idiomatum proprietati amissa, sibile potius rem quam enuntiet. Ideo illā iniuste sufflantem omnis quicunq; est doctior ridet, unde eas & Minerua, id est, sapientia probas projicit, quas Marsya assumit. Marsya enim Graece quasi moros, id est, stultus, solus qui in arte musica tibiā propone re uoluit cibare, unde & cū porcina pingitur cavia. Sed his duobus certantibus Myda rex residet. Myda enim Graece quasi μῆδη ἡδῶψ dicitur, quod nos latine nihil sciens dicimus, id est cuam asinum auribus

vibus dicitur, quia omnis discernēdi ignarus nihil differt ab asino, ob hanc rē & seruū eius auriculas referrunt prodidisse. Ingenium enim nostrum seruum habere debemus ad omnia, que uolumus obsequenter & nostra secreta cœlantem. Quod autem per caninā perdidit per fistulam gutturis loquendo significat, quod uero pastor audit, pastores sunt illi, qui aliena fulcando subtilius pascunt.

### 10. Fabula Orphei.

**O**Rpheus Euridicen Nympham amauit, quam sono cytharæ mulcens uxorem duxit. Hanc Arietus pastor dum amans sequitur, illa fugiēs in serpentem incidit & mortua est. Postquam maritus ad inferos descendit & legem accepit ne eam cōuersus aspiceret. Quam cōuersus aspiciens iterum perdidit. Hec igitur Fabula artis est Musicae designatio. Orpheus dicitur ωροφων, id est optima uox. Eurydice uero profunda dijudicatio. In omnibus igitur artibus sunt prime artes, sunt secundæ, ut in puerilibus litteris prima abecedaria, secunda nota. In grammaticis, prima lectio, secunda articulacio. In Rheticis, prima rhetorica, secunda dialectica. In geometricis, prima geometria, secunda arithmeticæ. In Astrologia, prima

prima mathefis, secunda astronomia. In medicinis, prima gnostice, secunda uero mantice. In arufpicinis, prima arufpiana, secunda paralisis. In musicis, prima musica, secunda apotelesmate, de quibus omnibus breuiter rationem perstringam necesse est. Aliud est enim apud grāmaticos aliena cognoscere, aliud est sua efficere. Apud rhetores uero aliud profuso et liberu cursu effrenata loquacitas, aliud constricta ueritatis indagande curiosa nexilitas. Apud astrologos aliud est astrorum ac siderum cursus effectusq; cognoscere, aliud significata traducere. In medicinis aliud est morborum agnoscere meritum, aliud infirmitati uenientem concursum mederi. In geometricis aliud formulæ lineasq; depingere, aliud numeros formulæ coaptare. In arufpicinis aliud est fibrarum particula cumq; inspectio aliud secundum battiadem euentuum immutatio. In musicis aliud uero est harmonia pthongorum, systematum et diaystematum, aliud affectus uerorum, uirtusq; uerborum. Vocis ergo pulchritudo interna artis secreta uirtutem etiam mysticam uerborum attengit. Sed hæc quantum ab optimis amatur sicut ab Aristeo, & ipsorum enim Græce optimū dicitur. Tantum ipsa ars coniunctionem hominum uitat, quæ quidem serpentis iectu moritur, quasi astutæ intercepit secretis uelut inferis transmigratur. Sed post hæc

artem

artem exquirendam, atq; elevandam uox canora deuscēdit, et quæ apotelesmatica, phantastica, omnia prebet, et modulus tantum in secreta latentibus uoluptatum reddit effectus. Dicere enim possumus quod Dorius tonus aut coiens Phrygius torrens Saturno feras mulcens si Ioui aues oblectet. At uero si rei expositio queritur cur hoc uisigandæ rationis caput immoritur. Ideo ergo et ne eam respiciat prohibetur, et dum uidet amittit. Nam perfectissimus Pittheas goras dum modulos numeris coaptaret, symphoniarumq; pondera terminis arithmeticis per melos et rhythmos et modulos sequeretur, effectus uero rationem reddere non potuit.

## II. Fabula Phinei.

**P**hineus enim in modū auaritia ponitur, et sacerdō Phineus dictus est. Ideo cœcus quod omnis auaritia cœca sit, quæ sua non uidet, ideo ei Harpyæ cibos arripiunt. At uero quod eius prandia sterneboribus foedant, ostendit scenerantium uitam rapinae in gloriem esse fordidam, sed has à cōspectu eius resedes et calais fugant, quia rapina ei aliquid de suo commesse non permittit, Græce enim Χρωμάτελον inquit dicitur, Ideo uolatili, quia omnis inquisitio bona nungā

nusquam terrenis rebus miscetur. Ideo aquilonis uenit filij, quia bona inquisito spiritualis est, non carnalis, ergo uenienti bonitate omnis rapina fugatur.

Fabula Alphei et Arethusa.

**A**lpheus fluvius Arethusam nympham amauit, quemcum sequeretur in fonte conuersa est. Ille in medijs undis ambulans non immixtus, in sinum eius immergitur. Unde et apud inferos obliuione animarum trahere dicitur a letho quodam, id est, ueritatis lux Arethusa nero quasi ægæto, id est, nobilitas equitatis ergo quid amare poterat ueritas nisi equitatem? quid lux nisi nobilitate? Tideo in mari ambulans nec miscetur, quia lucidi ueritas omni malorum falsitudine mortuum circumdata, pollui aliqua commixtione non nouit. Sed tam in sinu equissimæ potestatis omnis lux ueritatis dilabitur. Nam et descendens in infernum, id est, secreta conscientie ueritatis lux malorum rerum semper in obliuionem importat.

FVRRII PUBLII FVLGENTII  
LIBRI TERTII  
FINIS.

AD

# AD AM-

PLISS. ANTISTITEM ET DD. RI

cardum Noruicensem Episcopū Angliae  
cum digniss. Philippi Phasianini Bo-  
nonien. Praefatio.



Aium Lelium uirum sapientem, dicere solitum fuisse accepimus, nihil uirtute que cum probitate coniuncta sit amabilis esse, nihilque quod magis homines ad diligendum allicit. Quod quidam sapientis uiri dictum, quam uerissimum esse appareat, cum sepe alias, tum hoc potissimum tempore euidenti argumento perspexi. Nam cum celeberrinu[m] nominis tui fama, illu[n]strior etiam quam Bononia recedens, olim reliqueris, ab ultimis Britanniæ sedibus ad nos huc iam dudum peruenierit, que te uerae uirtutis, probitatis exemplar atque imaginem quandam quam omnes uenerentur, esse predicat. Admiratione huius tuæ uirtutis rarissimæ ac morum inflammatus, unu[m] præ ceteris te nubi maxima opere colendum atque obseruandum esse proposui. atque adeo nulla licet tecum necessitudine coniunctus (nullumque amicitiae vinculo astrictus sim) animo tamè meo ita plane iam insedisti, ut sub oculis absens absen-

F tem

tem te crebro reuocare, & nulla de re libentius, quā de te cogitare soleam, quē tua ex humanitate, religione, doctrina, liberalitate, atq; incredibili sapientia magis, quām ex dignitate, honoribus atq; diuitijs tuis pendere confusui. Illis etenim animi dotibus ac naturae bonis exornatus, in patria tua & apud omnes ita uiges atq; excellis, ut mortales reliquos logissime praestes, nec grāuitate senibus, prudētia & ingenio aequalibus, concedas. Quae bona tot tantaque simul omnibus admirationem maximam in te præbentia. O si me aliquis iſic forte deus semel iſiat, ut admirari, inspicere, cōtemplari, ualeam. Diuitijs mediustidius Crassum me superare, atq; oculis meis multū debere profitear. Quod quoniā mihi inter dictum denegatūq; uideo, fôres amicitiae tuae, quod solum mihi relatum est, tam diu pulsare non desinam, quo ad inter uiros, quos supremē fortunae amicos habes, me quoq; abs te numeratum fuisse cognouero. Atq; interim, ut desiderium hoc meum ardentiſimum, quanto melius possum, leniam, in Gugliemū Stylygtonis Archidiaconi Subdericēsis Anglici, uiri probi, atq; honesti sinu (ut hactenus feci) conuiescam. Quando is mecum arctissimo necesse studiniis uinculo coiunctus, ita de te, quem summa pietate atq; in credibili obseruātia colit, multa iucundnarare solet, ut nihil ab eo post publicas, priuatasq;

lectio-

lettiones, quas de me cū morigeratissimis eiusdem natiōis scholasticis audit, libentius auscultare soleam quām cum de tua graui prudentia, maximo rerū usu, atq; suprema gloria differere occœperit. Ita enim fit, ut te corā oblatū, oculis meis ultro obuersari, nō sine summa animi uoluptate, uidere uidear. Ad quē tamē, ut uerus mihi aliquando aditus pateat, salutationem primā hanc tibi cū optima animi in te mei significatio ne ac sincera uolūtate impariri, & eodē prope ritu, quo Persarū reges cū donis salutabātur, munusculū hoc ad te mittere uolui. Quid nō auri neq; argēti horo, cuius uobis usus abunde suppetit, ornatū, sed in literaria officia sub ingenij incude elaboratum, in mea erga te fiduci atq; obseruantia, uerū pignus habebis, Palephati scilicet libellū de non credendis fabulosis narrationibus, quem ē Græco in Latinū sermonē à me translatum, sub auspicio nomineq; tuo in publicum prodire non ab re duxi. Ut qui non nesciuas, quām gratiora tibi literaria huiusmodi dona esse soleant, quām aut auri uel argenti uis infinita, pro eo quod in literis tu olim, cum in Gymnasio nostro Bononiensi, tum alibi altius caput extulisti, ut te bonari disciplinarum, ac eruditorum hominum mirus amor teneat, ac pulchrum illud in te conficiatur, quo d. diu bium quibusdam uideri posset, Plus ne scilicet hono-

ris dignitati tue literæ, an literis dignitas adiecerit.  
Quodobrem munus hoc nostrum literariū libens, &  
uultu, quo te decet, hoc est iucundο hilariq; accipias,  
rogo atq; illud cum à sacris occupationibus tuis pau-  
lulum feriatus fueris, & animum (quo d) sapientes via  
ri faciunt ) aliquantulū remittere uolueris, in manus  
summito. Eius namq; lectionem neq; iniucundā, neq;  
ingratam tibi futuram esse spero. Quādo & hæc otij  
delectationisq; gratia à Palæphato ipso scripta fuisse  
appareat. Veluti & à nobis quoq; solati⁹ causa, latini-  
tate donata sunt. Cum enim præteritis saturnalibus  
& lectionibus publicis Gymnasiū refixisset. Ing Mu-  
seo nostro Alcedonia essent, nactus otium, quod mihi  
seriæ literariæ & senatoria munera indulserant,  
qua nam re inter urbis nostræ catus & tripudia, que  
paßim interferebant, solati⁹ & ipse aliquod qua-  
rens, me libentius oblectarem, quā in Palæphati Gre-  
co libello non satis occurrebat. Nam cum ex eius le-  
ctiōe incredibilem uoluptatem paulo ante capissem,  
hanc eandem latinis, qui Græcarum literarum rudes  
essent, inuidere piaculū duxi. Eoq; magis quod proxi-  
mo anno, cum in auspicijs nostris, que lectionibus pub-  
licis ex instituto nostro quot annis præmittere consue-  
uimus, uitam mortaliū ab infantia exortu ad hominis  
usq; occaſum fabularum sensibus allegoriciſ describe-  
remus,

venus, mentioq; Palæphati aliquibus in locis à me fa-  
cta esset, cum opera mea latine loquentem, auditori-  
bus breui me daturū esse pollicitus sum. Itaq;, cūm ue-  
- promiſſis starem, tum etiam, ut aliquem ex Græcis  
lucubrationib⁹ nostris fructum studioſi iuuenes per-  
cipierent, feci. Atq; adeo periculum quoq; aliquod,  
uerius de me facturus, num aliquantulum in Græcis  
ad huc literis promouerim, quā quod inanem gloriā  
ex hac re auupari studeam ad hoc munus descendī.  
Ad quod si me aptum, idoneumq; uidero, siq; labores  
meos tibi studioſi⁹ hominibus non ingratos, neq; in-  
iucundos fuſſe cognouero, ad alia quædam grauiora  
que præ manibus sunt, ædenda me me accingam, ut  
præmissos hos ueluti Rorarios armatura, &  
Cataphracti equi subsequantur.


Valc.

F S P A L A E S

# SOPALAE.

PHATVS DE NON CREDENDIS

fabulosis narrationibus à Philippo  
Phasianino Bonon. latinitate  
donatum.



Aec quidem de incredibilibus conscripti. Hominū namq; alij, & ij maxime, qui ab omni sapientia atq; eruditione alieni sunt omnibus illis quae utique dicātur, persuasi, fidē adhibeantur cōsueuerūt. Quidā uero natura prudentiores, curiosiq; magis, ac in rebus negotijsq; pluribus uersati omnia illa, qua tradantur, fieri ut penitus credant, addūt nequeunt. Mih: autem omnia, quæcunq; dicta iam fuerint, fieri quoq; uidentur. Neque enim nomen duntaxat fuisse existimandum est, nullus alioqui super his sermo existet; Veruntamen ea ipsa primū opera, resq; fuerunt, & sic demum sermo illis superinductus est. Quaecunq; autem species & formæ dicta fuerunt, factæ quoque cædē tunc temporis sunt. Que uero nunc minime extant figuræ, unlo unquam tempore fuerunt. Nam si hæ tunc quidem, & alio quoq; tempore erant, nunc etiam existent, rursusq; forēt.

Quamob

Quamobrem ipse sane Melissum & Lamiscum Sadum bihieriarū scriptores laudo. In principio quicquid olim fuerit, & nunc queq; esse, atq; futurum deinceps assueratcs, quæ autem facta quedam revera fuerant. Poëtae nūgatoresq; pleriq; in incredibile magis atq; admirabilius quodpiam conuertent, ut ista legentes homines in maximam admirationem perducent. Ego uero talia minime esse posse, qualia dicuntur, agnosco. Hoc unū tamē comprehendēdi, quod nisi aliquid super his factum fuisse, nō quicquam utiq; diceretur. Accedens namq; ipse ad quam plurima loca & diuersas mundi regiones peragrans, senioresq; percunctatus, quid nam super uno queq; eorū, quæ dicerentur, audiuisserint, quæ ab hijs potissimum intellexi, quæ loca ipse uidi, & ut unum quodq; illorum sepe habere comperti in medium afferro. At hæc quidem non qualia falso à Poëtis dicta olim fuerant, sed ueluti, ad ea oculata fide perspicienda profectus agnoui, & historiam componens in huc modū perscripsi.

## I. De Centauris.

Centauri tanquam firæ quedam fuerunt, quæ equorum quidem speciem totam, exceptio capite, habebant. Siquis est igitur, qui talē hanc firā suis

F 4

se credat

se credat, impossibilibus hic plane fidē adhibere per suadetur. Neq; enim ullo pacto equi atq; viri natura conformis est, neq; cibi eorum aliqua inter se similitudo existit, nēne ratione aliqua potis est, quod per os gutturiū humanum, equi cibus descendat. Atq; adeo si talis forma tunc temporis erat, etiam nunc utique existeret. Veritas autem rei ita se habet. Ixione Thesaliae rege existente in Pelio monte Taurorū armatum quoddā furore ita corruptum, atq; aistro exagratum est, ut reliqua circūquaq; montana loca in accessu redaderet. In domesticā etenim cultaq; loca cum impetu ingruentes Tauri, ipsi arbores & fructus ladebant, arataq; corrumpabant. Preconio igitur publico nuntiari Ixion iubuit, quod si quis esset, qui tauros hōscē caperet, huic se se dimitias perquā plurimas dono daturum esse. Adulescentuli autem nonnulli ex mortano loco pagoq; quodam qui Nephele, hoc est nubes nuncupatur. Equos domare tum primum aggressi, quomodo equites fessoresq; dorso gestarent, illos docere excogitant. Prius etenim homines equis uchi nesciebant uerum curribus duntaxat utebātur, sic autem equorū dorso impositi equites illi, ad ea loca, ubi tauri erant, agentes eos impellebant, & armento se se superinjicienteis tauros feriebāt, & quando quidē ab impetu taurorum illos inuenientū iuuenes impellebantur

bantur, a fugiebat statim, uelociores enim erāt equi. At quotienscumq; tauri firmato gressu consilebant, uerentes se se iuuenes eos iterū feriebant, atq; hoc passu eos interficerūt. Et nomen ipsum Cētaurorū exinde Cētauri sortiti sunt, eo quod tauros cætecentō hos est pungentes feriebant, alioqui nihil tauri centauris ipfis inest, sed equi atq; viri species illa ex hac re tam exigit. Cum itaq; tali pro re ab Ixione pecunias donataq; Centauri reportauissent, proq; hoc factō ualde exultarent, cōtumeliosi insuper ac superbi opibus ex illis facti, mala paſsim multa iam contra ipsum quoq; Ixionem perpetrabant, qui quidem Ixion tunc temporis Larissam nūcupatam ciuitatem incolebat, qui uero regionem illam tunc tenebant, Lapithae uocabantur, in uitali autem cum ab his Lapithis forte ad conuiuium Centauri essent, ebrij facti eorum mulieres diripuerūt, quas cū equos inscedere fecissent, dum illico fugientes quo impetus illos feriebat, secum exportarunt, siccū bellum aduersus Lapithas Centauri ob hanc rem gerebant, & nocturno tempore ē montibus in planitiem descendentes infidias illis struebāt Diurno uero tempore cum plura diripiuerent, in summa se se conuententes, montana loca repetebant. Qyibus ita recedentibus equorum duntaxat cauda capitaq; hominum à longe apparebant. Alienū itaq; ac inusita

ac insitatum spectaculum hoc animaduertentes homines dicere consuecrunt. Centauri nos quidem inuidentes, ex Nephele hoc est Nube nuncupato loco, mala multa nobis inferunt. Atq; ab hac utiq; sermonis forma incredibilis fabula confusa formataq; fuit, utpote, quod ex Nephele, loco ita dicto, equus & uir in monte congeniti fuissent.

## De Pasiphaë.

**P**asiphaëntauri pascentis amore captam fuisse fabulantur. Nec non Dedalum ligneam uaccam fabrefactisse, & in eam Pasiphaë inclusisse. sicq; taurum, eam inscendētem mulier ad mixtum fuisse, quæ puerum ex hoc compressu uiri quidem corpus & bouis caput habentē conceperit. Ego uero tale quidem minime factum fuisse dico. Primum namq; impossibile est, quod unius generis animal alterius ac diversi generis animantis mūtuo & more defineatur. Nec atq; possibile est canem & simiam, lupumq; & hyenam inter se, aut cū ceruo bubulum ad misceri. Dies uer si nang; generis atq; naturæ animalia existunt. Neq; adeo mihi taurus cum uacca lignea sepe miscuisse videtur, ant quod etiam ullo pacto ascendentem taurum mulier tolerare uel conceptum cornua habentem in-

tem in utero ferre potuerit. Veritas autem fabulae sic ergo sepe habet. Minoa dicunt cum circa pudenda morbo laboraret, à Cride Pädionis, curatum fuisse, per illud autem curationis tempus Minoëm iuuenis quidam satis formosus Taurus nomine sequebatur. Cuius cū Pasiphaë amore captā fuisse, illi miscetur, puerumq; ex illius complexu genuit, quod idens Minos, ac tempus quidē supputās ex quo dolore pudendorum conflictari cōperit, agnoscensq; quod puer hic ex se natus esse non posset, eo quod per aliquod tempus cum Pasiphaë uxore rem non habuisset, ex Tavro, potius iuene puerum illum conceptum esse cognouit. Neq; tamen ob id eum interimere uolebat, quia sui ipsius filiorum frater quodammodo ob simul iudinem aliquam esse uideretur. In montem tamen quendam eum relegatum mittit, ut in seruitij parte atq; officio cum pastoribus esset, ille uero bubulcorum imperio sepe subiçere minime uolebat, quod cum Minos intellexisset, & ea quæ ab ipso fiebant, quæcum aduersus eum dicebantur, ocyus illum comprehendit ac detineri, nisi es co ciubus suis ius sit, & si quidē sponte sequeretur, solutū ad se accedere sinerent mandauit, sin minus, ligatum perducerent. Quo intellecto adolescentis ipse protinus inde abiit, seq; in montes recessit. Vnde oues diripiens uitam sic degebat, verū

cum Minos

cum Minos aliam quoq; & eam quidem maiore tur  
bem, ad eum comprehendendum misisset. Iuuenis ille  
fossam sibi profundam faciens, intra eam se se ipsius  
conclusit, ubi tauro sic existente. Si à Minoe invitus  
quippam vir aliquando deprehensus fuisset, ad taurū  
protinus, ab eo interimendus, pœnasq; illi daturus,  
mittebatur. Atq; adeo cum Theseū olim Minos hostē  
cœpisset, ad taurum cum misit, tanquam manibus eius  
peritum. Qua re ab Ariadna cognita, ensem in car  
cerem, quo Minotaurum interfecit, ad eum præmisit.

### De Actæone.

**A**ctæona à proprijs deuoratum canibus fuisse  
dicunt, quod quidem totum falsum est. Canū  
vng; ea propemodum peculiaris natura est, domi  
num in primis suum uel maximo amore prosequi, præ  
sertimq; uenaticorum, qui cunctis hominibus adulan  
tes, cauda blandiuntur. Quidam tamen eius opinioñis  
sunt, ut Actæonem ipsum dicant cum à Diana in cere  
num transformatus fuisse, à uenatoribus quibusdam  
interfectum fuisse. Mihi uero Diana ipsam, quod uo  
lens hac in re efficere non posse videtur. Namq;  
naturum nullo pacto est ceruum ex homine, rursusq; ex  
seruo hominem factum fuisse. Hasce autem fabulosas  
factiones

Actions, ob id ipsum Poëtæ formates in medium & do  
duxerunt, ut talia audientes cæteri homines, & conu  
milia superbiaq; in diuinum numen utenda abstinere  
debeant. Rei uero huius ueritas ita se habet. Actæo  
nus Arcadicus genere uir erat, uenationis amator, qui  
quidē ob id multos canes alebat, et cū eis in monte  
bus uenabatur, bonarum rerum atq; facultatis sue no  
gligens prorsus. Illo autem tempore omnes homines  
proprijs manibus laborabant, operarij; perse erat.  
Neminem namq; omnino seruum habebant, sed illi i  
psi terram agrosq; suos colebāt, et sic quisq; quiete  
ram maxime colebat, ex hoc opere laboriosissime  
diligenterq; euadebat. Actæoni uero rei domestice cu  
ram negligēti, quin immo uenationi duntaxat intens  
to, facultas omnis ac uita deficit, cū autē nihil amplius  
in bonis haberet, in illum homines dicebāt: Heu miser  
Actæon, qui à proprijs canibus consumptus es, nā &  
modo nunc lenocinium exercens infeliciter ages, di  
cere nidelicit, putabant fore quoq; ut à meretricibus  
deuoratus esset. Atq; ita tale quippam de Actæone  
factum est.

### De equis Diomedis homines comedentibus.

**D**E Diomedis quoq; equis, quod homines com  
derent, dicitur, quod quidem omnino ridiculū  
est. Animat

est. Animal etenim istud hordeo foenoq; magis, quam hu-  
manis carnis delectatur. Veritas autem hæc est: Cum  
antiquiores illi homines primi per se operarij essent,  
ac cibum ob id plurimamq; substantiam posiderent,  
utpote per terrā ipsam manibus suis colentes, equos  
pascere ipse Diomedes cooperat, & usq; adeo equis  
ipſis tantisper delectatus est, quoad sua bona perdi-  
dit. Omnia namq; diuendens, in ciborum nutrimentū  
consumpsit. Quia ex re amici eius equos illos homini-  
uoras, hoc est, humana carne uiscentes nuncupabant,  
& sic tali ex facto fabulosus hic sermo in medium ad-  
ductus est.

## De Orione.

**T**OIS Neptuni atq; Mercurij filius Oriō fuisse dic-  
tetur. Nā Hyrcanus Neptuni & Alciones unius At-  
lantis filiarum in Tanagra Boeotiae habitabat. Hospi-  
taliſimus autem cum esset, deos aliquando hospitio su-  
cepterat. Iuppiter autem Neptunus atq; Mercurius cū  
forte hospitio suscepit ab eo siueſſent, ac benignitatem  
illius admisſissent. Eum, ut quicquid uellet peteret, ex-  
hortati sunt. Hic uero cum sine filijs esset, puerū sibi  
dari petiſſet. Quocirca Dij tres illi cum bovis pelle ab  
eo in eorum honorem sacrificati, accepiffent in eam  
urinam

urinam ueluti semen infundentes minxerūt, & sub-  
terram illam occultari, ac mox post menses decem fu-  
scipiuerunt. Quibus decem mensibus decursis, na-  
tus est Vrion, sic primū quidem denominatus, eo quia  
dij tali pacto urinam intra corium illud infuderant,  
postea uero propter bonum nominis sonū Orion di-  
ctus est. Cum autem hic simul cum Diana uenaretur,  
eam uiolare uelle aggredieſſet, que illi ob hoc india-  
gnata Scorpionem ē terra in illum emisit, qui cum cū  
circa calcaneum pedis percussisset, interfecit. Huius  
uero sic mortui miseratus Iuppiter inter sydera ip-  
sum scollocauit.

## 5. De settinatis Gigantibus.

**D**icitur etiam, quod Cadmus, ut memorare,  
cū in Lerna Draconem interfecisset & den-  
tes eius collegisset, eos in propria terra seminauit, ex  
quibus postea nati sunt uiri armati. Quod si uerū ſuis-  
set nullus hominum nostri temporis aliud quidpiam  
unquam præterquā dentes Draconis seminarit, huius  
tamen rei ueritas ita ſe ſe habet. Cadmus genere Phœ-  
nicius erat, is Thebas aduersus fratre Phœnicū bellū  
de regno gesturus profectus eſt. Cum plura uero alia  
bona hic, ut qui rex erat, haberet, dētes inter cetera

Elephantis

Elephantis eburneos habebat. Thebanorum autem rex Dracor Martis filius erat, quē cum Cadmus interficiisset, eius regnum occupauit. Amici itaq; Dracoris, bellum aduersus Cadmū gerebant, contra quem, & Dracoris quoq; filij insurrexerunt, qui quidem omnes tam amici quā filij posteaquam viribus inferiores facti, superaliquā ab eo fuerunt, Cadmi bona atq; diuicias diripientes, presertimq; dētes ipsos eburneos, quo impetus illos ferebat, difugiebant. Alij namq; alio dispersi disseminatiq; spargebantur, quidā in Atticam, nōnulli in Peloponnesum, pleriq; in Phocidas, alijs vero in Locrida peruenientes, Thebanis bellum inferebat. Difficilesq; ac molesti admodum bellatores erāt. Posteaquam igitur eburneos dentes, quos Cadmus habebat diripientes aufugere, Thebani dicebant, quod talia tanquam horrenda mala hæc sibi ipsis Cadmus draconem necando, intulerat. Ex cuius quidem dēribus multi strenui, fortesq; viri, hac & illac disseminati sparagi, hoc est sati, illis ipsis bellum inferebant, quo quidem exuento fabula hæc conficta est.

## De Sphinge.

**D**E Cadmea Sphinge dicunt, quod fera quidē hec fuit, quæ corpus canis habens, caput & faciem

faciem puerile, alas vero avium, atq; hominis uocem haberet. In Sphincio autem monte sedens hæc, enigma quoddam unicuiq; ex ciubus proponebat, et quē cunq; (illud soluere nescientem) interimebat. Quod cum soluere Oedipus propositum enigma sciuisse, se ipsam (ut que grauato animo id ferebat) ex morte decidiens, interfecit. Sermo autem hic in credibilis, ac res ipsa impossibilis est. Neq; enim talis species, formaque illo pacto potest. Atq; adeo illud sane per quam puerile admodum est, enigma non soluētes homines, ab ea tam facile interemptos iri solitos, uel eā à Thebanis feram ob id sagittis confosam non fuisse fultumq; credere prorsus est, ciues suos ueluti homines essent, ita à Thebanis contemptos fuisse, ut à fera illa devorari permiteretur. Habet igitur sepe hoc puto ueritas: Cadmus cum mulierem Amazonida, cui Sphinx erat nomine, secum haberet, Thebas peruenire. Cumq; Draconem interficiisset, huius ipsis regnum occupauit. Post hæc & Dracoris sororem, cui Harmonia erat nomen, coepit. Intelligens autem Sphinx quod Cadmus aliam duxisset uxorem, ac sibi persuadens multos ciues se abeuntem secuturos esse, quām plurimas diuitias rapiens, secumq; celere canem ducens, quē Cadmus habebat, cum his omnibus in Sphincium montem nuncupatum peruenit, & exinde Cadmo bellum inferebat;

G inferebat;

inferebat, incursionses autem insidian do, cum per unum queng; ex illis montibus ficeret, singulis horis plures homines interimebat. Vocant autem Thebanis incursionses ipsas enigmata. Diuulgabant hoc autem p̄fam cives in hunc modum dicentes: Argia & Sphinx nos, enigma quoddā proponēs, diripit. Quoniam n autem modo enigma faciat, invenire nemo nos strum potest. Publico itaq; edicto nunciari Cadmus ius sit Sphingem interficiendi, diuitiarum per quam plurimum præmium esse propositum. Ad quam cū Oedipus Corinthius accedisset, uir equidem bellicis in rebus clarus, ac strenuus cum cquo ueloci quem secū habebat, und cum Thebanis quibusdam, quos in societatem sibi assumperat, nocturno tempore, cū his mōt emersus accedens, sphingem ipsam de medio sustulit, & pro quibus euentibus fabula hec in mediu ad ducta fuit.

## De Vulp. 2.

**D**icitur Telmessa Vulpes dicunt, quod Thebanos hec rapiens deuorabat. Quod quidē omnino simplex ac fatuū est. Nēq; enim quodpiā aliud animal est, quod terrestre existēs homine rapere atq; asportare ualeat. Vulpes in super paruum animal ac debile est, fuit autē quidpiā tale: Thebanus uir quidā, bonus ac pulcher

pulcher satis admodum fuit, qui Alopix nomine, hoc est, Vulpes nominabatur. Hunc autem cum astutissimus esset, & omnis homines prudentia superaret, Thebanorum rex ueritus ne sibi infidus aliquando strueret, ecclitatē expulit. Qui cum ualidissimū sibi exercitu comparasset, aliosq; secū mercenarios milites adduxisset, Telmesium nuncupatum collem occupauit, unde desiliens, Thebanos prædabatur. Dicebant itaq; Thebani homines, Alopix, hoc est, Vulpes dictus, circumquag; decurrens nos subiugat. Ad hūc autem locū uir quidā Cephalus nomine, genere & theniensis, qui magnum exercitum habebat, cum peruenisset Thebanis auxilium ferens, Alopecia hunc, hoc est, vulpem nominatum interfecit, atq; eo ex loco exercitum eius omnem depulit.

## De Niobe

**N**iobem dum uiuerebat, super filiorum suorum sepulchrum lapidem factam esse memorat. Quicunq; autem ex lapide hominē, rursusq; ex homine lapidem fieri posse credit, stultus hic quidē placne est. Verum autem hoc habet: Niobe mortuis sui ipsius liberis cum lapideam imaginem sibi constituisse, eam supra natorū suorū sepulchrū posuit. No. q; ipsi

hanc

Banc uelig, qualis reuera esset, inspeximus.

De Lynco. 11.

**L**ynceum dicunt, quod etiam quæ sub terra erant prospiciebat, quod quidem falso sum prorsus est. Nam ueritas ita se habet. Lynceus es, argenteum, ceteraque metallum primus inquirere coepit. In qua quidem metallorum inquisitione, lucernas secum in terra penetralia circumferens, ibidem eas forte relinquebat, ac sursum ipse es ferrumque reportabat. Quod factum uidentes homines, dicere conseruerat, quod Lynceus subterranea etiam prospiciebat, ob idque argentum inde sursum afferebat.

De Ceneo. 12.

**C**aena inuulnerabile omnino fuisse ait. Qui cumque autem hoc ad credendum suscipit, quod homo quisquam ferro inuulnerabilis existat, ames hic reputatus est. Veritas itaque sic se habet. Ceneus generare Theſſalus, uir erat bellicis in rebus strenuus ac potens, pugnare diquaque scientia praeditus, qui cum multis in bellis olim fuerat, nullo tamquam tempore uulnerabilis fuerat. Atque adeo cum Lapithis simul quandoque pugnans

pugnans, à Centauris interfici nullo modo potuit, sed ab illis solum comprehensus cum fuisset, multitudine illorum obrutus est, siveque consumptus fuit. Eius itaque functi Lapithe cadaver suscipientes, nullisque confusis vulneribus corpus inuenientes, dicere conseruerant. Ceneus cum alias tota sua uite tempore inuulnerabilis fuerit itidem sive ullis nunc quoque vulneribus mortuus est.

De Cygno. 13.

**T**em quoque sermo de Cygno Colonensi circuatur, illū namque dicunt inuulnerabilem pariter fuisse, eo quod cum pugnator quoque is, scientiæque bellicæ peritus simus esset, ac Troiano in bello ab Achille lapis percussus fuisset, minime uulneratus est. Eius itaque defuncti cadaver homines intueretur, quod inuulnerabilis quoque hic esset diuulgabant, atque ita nomine quoque ipso inuulnerabilis nuncupatus est. Assentitur hac in rem huius, meumque sermonem hunc affirmat et cōtetur Ajax Telamonius. Namque et is quoque inuulnerabilis dictus est, qui uel se ipsum en se proprio permisit.

De Dædalo et Icaro. 14.

**D**ædalum unum cum Icaro filio, quandam ob causam in carcерem à Minere inclusum fuisse

G 3 siunt

aiunt, qui quidem Dædalus cum fictiliis fibi pennas, fabrefaciendo aptasset, unde cum tæco illinc exiluisse fertur. Scientiam uero hunc volantes homines fideli di absq; ulla machina, & artificio, pennasq; præseratim fictiliis habetæ, calluiſſe, impossibile est. Tale igitur hoc erat quod ab eis dictum est: Dædalus cum in carcere esset, ac se ipsum per fenestram quandam demissus, scapham mare sulcaturus, incendit, quod simulatq; Minos intellexit, que illum abeuntem nauigia insequerentur, nūtit. Id autem Dædalus atq; Icarus aeronentes, persecutoresq; à tergo instare animaduertentes, uento terribili ac uehementi cum impetu flante usq; aduolantes, hoc est, nauigantes circum pelagus uertebantur. Atq; is ipse Dædalus in terram cum peruenisset, incolumis seruatus est. Icarus uero in mari periret, à cuius quidem nomine Icarium mare denominatum est, qui cù postea ab üdis in terrā cieclus Icarus fuissest, à patre Dædalo sepulturæ demandatus fuit.

## De Atalanta &amp; Milanione.

**D**E Atalanta & Milanione hoc etiam rescribit, quod illa quidem in Leænam comutata fuit, hic uero Leo factus est. Veritas tam rei hujus talis est: Atalanta

Atalanta & Milaniō cum simul in uenatione essent, Atalanta pueræ, ut secum in coitu misceatur Milaniō persuadet atq; ob id in speluncam coiturus, eam perducit, simulq; conueniunt, sed in eo forte antro Leo nus atq; Leæna cubile erat, qui cum illorum uoces auissent, egressi cum impetu, Atalantam atq; Milaniō nem dilanuarunt. Non multo autem tempore post Leo ne ac Leæna ipsa exinde egrediētibus, qui solum in uenatione Milanionis erant, in huiusmodi animali. Atalantam atq; Milaniona transformatos fuisse existimabant. Reuersijs in ciuitatem, ipsi talia passim de Atalanta & Milanione, quod in leones mutati fuissest diuulgabant.

## 15. De Callistone.

**E**T de Callistone talis quoq; sermo existit quod uenatrix cum hæc esset, ursa facta est. Ego uero dico etiam hanc ipsam montes inhabitantem, ubi ursa quædam forte inerat, ab ea in uenatione cōumpatam fuisse. Quicq; igitur in uenatione cum ea erat, non illam amplius ex urse cubili egredientem, sed solam ursam uidentes, quod Callisto puella ursa facta esset, dictabant.

## G 4. De Europa.

## De Europa.

**E**uropam Phœnicis filiam, cū à tauro uicta fuisse set, ex Tyro in Cretā mari peruenisse cēsent. Mibi uero longe secius fuisse uidetur, eo quod neptaurus, aut equus tam profundum pelagus transfretare potuisse nideatur, neq; utiq; puellam Europā supra taurum tam ferū animal ascēdere uoluisset. Atq; adeo si Iuppiter Europam in Cretā accedere in animo habuisset, meliorem sane uiam, quam hæc erat, inuenire potuisset. Veritas rei hoc habet. Cretensis uir quidam, cui Taurus nomen erat, bellum in Tyrrheana regione gerebat, hic cū plures alias eō in loco pueras rapuisset, Europam præcipue regis filiam, postremo captiuam, abduxit. Quia ex re dicere homines solebant, Europam regis filiā taurus asportauit, ob idq; fabula hæc confita fuit.

## De Durateo equo &amp; Troia.

**A**chiuos ligneos in equo Iliū expugnauisse tradunt. qui quidem sermo uanus utiq; ac fabulosus omni ex patre est. Veritasq; ipsa hoc habet: Eā quum lignū ita fabricarunt Græci, ut magnitudine sua portas urbis superemineret, ne portis recipiat aut intra mēnia dūta ullo pacto posset. Ductores uero

iuxta

juxta diuitatē ipsam concavō in loco quodam sedebat, qui in hunc usq; dīc Arguorū infidiae uocatur. Trāfuga autem sinon cum ad Ilium peruenisset, licetibus ipsis persuadet, ut equum illum intra diuitatem suam ducere omnino debeant, hoc ipsum addēs quoq; fore scilicet ut nullo pacto deinceps Græci, aduersum eos accedere possent. Cui audientes Troiani cū fuisse sent, ex portas quoq; urbis depositi sent, equum ipsum introducentes, admittunt. Prudentib⁹q; mox ipsis cum securitate, ac nūl tale uerentibus Troianis, impletu facto, eos adorti sunt Græci. Ac tali quidem pascō Troia capa est.

## De Acole.

**A**eolum uentorum regem fuisse aiunt, qui Vlysſi uentos in utre conclusos dedit. Quamquidem fieri impossibile esse omnibus manifestum existim⁹. Verisimilius utiq; fuisse id quod erat, dixisse, Aeolum scilicet Astrologum fuisse, qui Vlysſi tempora, quibus exortus flantiūe quorundam uentorum fierent, prædixerit. Mēnia insuper hic diuitatis suis ex ære circundata habuisse traditur, quod etiam falsum omnino est. Armatos nāq; uiros, ut reor, potius ille habebat, qui ciuitatē eius præsidio custodiēbat.

G 5 De He-

## De Hesperedibus.

**H**ESPERIDES mulieres quædā fuisse tradunt, qui bus mala aurea super malo arbore, quæ dico euodicebat, fuerant. Ad que quidē poma aurea Hercules expeditionem fecerit, Veritas tamen rei huiusmodi est: Hesperus vir quidē Milesius erat, qui in Caria habitabat, duosq; filios habebat, quæ Hesperides, nomina hantur. Illeq; ipsi oves pulchra atq; fœcundæ erant, quales et nunc in Miletio quoq; sunt, quæ quia dem ab id aurea iam oves nuncupantur, quoniam pulcherimū omnī rerum aurū est, et ille quoq; pulcherrimū erant. Mila etenim ut poma, sic ovis quoq; a pud Græcos vocantur, quæ quidem Mila, hoc est, oves cum circa maris litus paſcentia Hercules uidisset, ea abigēdo co[n]prehendens, nauis suæ imploſuit, simulq; earum pastorem nomine Draconem secum domū perduxit, et hoc non amplius Hespero iam ipso uiuente, sed eius duxat superflitibus filiabus. Dicebat itaq; homines: Aurea quidem mala uidimus quæ ab Hesperidibus Hercules Draconem quoq; custodem interſciens, abduxit. Sicq; exinde fabulosus sermo conſictus formatusq; fuit.

De

## Te Cotto &amp; Briareo.

**D**E Cotto & Briareo dicunt, quod cum viri essent, centum tamen manus illi habebant. Quod quidem uile dicere quomodo nō stultum prorsus est: Verum hoc autem in se habet: Civitati in qua illi habitabant Ecatontachiria, hoc est, Centimanūs nomen est. Erat autem ciuitas illa, quæ nunc Orestiades vocatur. Dicebant itaq; homines Cottus, Briareus & Gyges Ecatontachiræ, hoc est, Centimani auxilium: dijs afferentes aduersus Titanas, ab Olimpo eos expulerunt.

## De Scylla.

**D**E Scylla etiam tradunt, quod in Tyrrhenæ regione fra quedam fuit, quæ mulier quidem usq; ad umbilicū esset, canū uero capita exinde ei nata sīnt, ac reliquum corporis serpentis haberet. Talem autem naturam credere ualde stultum est, ueritas namq; huīusmodi est: Tyrrhenorum insulae erāt, quæ cuncta circūuicina Siciliæ Ionijsq; sinus loca atq; regiones deprædabantur. Tunc iēporis autē nauis erat triremis uelox, cui Scylla erat nomē, quæ quidē ipsa triremis cetera nauigia comprehēdens, citū sepius

pius effequebatur, sermoq; ob id multus de ea erat. Hanc autem nauem Ulysses, uehementi & cum impe tu flante uento, usq; effugit. Quod mox in Corcyra Al cines narravit, quo nam scilicet pacta euaserat, & quomodo nauem illam effugerat, nauisq; præterea eius formam descripsit, & quibus quidem rebus sua bula confusa fuit.

### 22. De Dædalo.

**I**llud etiam de Dædalo narrant, quod statuas per se ambulantes fabrefaciebat. Ite uero sua sponte statuam impossibile mihi sane uidetur, uerum autem hoc habet. Quicunq; tunc temporis statuas uirorum statuarij faciebant, imaginesq; exornabant iunctos adnexosq; corpori pedes quibus innuterentur, habentes uiriles statuas faciebant. Dædalus uero ipse uno pede tantum elato, sese uertentes statuas formabat. Quamobrem id uidentes homines, statuas à Dædalo factas ambulare dicebāt, ac non ut cæteras consistere. Quem idmodum nunc quidem etiam dicimus, quod picti sint homines pugnantes, & uertentes sese equi, ac nubes in undis sese submergentes.

De Phineo

### 23. De Phineo.

**N**arrationibus quoq; fabulosis de Phineo dicunt, quod Harpyiæ substatiām eius asportabant, existimant uero quidam ferri uolatiles has fuisse quæ cibaria ex Phinei mensa diriperent. Veritas tamen sic habet: Phineus Peonia rex erat, qui cum ad senectuēm peruenisset, uidendi usum prorsū amissit, simulq; liberi eius mares mortui sunt, filiae uero illi, Pyria & Erasia dictæ erant, quæ paternam substatiām omnem destruebant, adeo ut Phineum misericordia poëtae dicere cœperint, cuius bona Harpyiæ ita dilectipidarent. Huius uero Phinei misericordia moti uicini eius Zethus & Calais, qui Boreæ uiri non ignobilis filij erant, auxiliūq; illi afferentes, filias eius ē civitate expulerunt, ac diuitias bonaq; illius dispersa immum congregantes, Thracensem quendam illorunt eūtodie preffecerunt.

### 24. De Metra.

**D**e Metra Brisichthonis filie aiunt, quod quæ tiensq; pater suus utiq; uoluisset, formant viuitare consueverat, quod quidem credere ridiculū prorsū est. Quomodo enim quæ uerisimile sit, ex pueris

puella bouem, rursusq; canem uel auem fieri posse  
verum autem sic habet; Erisichthon uir Thessal  
erat, qui cōsumptis facultatibus suis, pauper effetus  
est. huic uero filia pulchra et honesta, raraq; formae  
erat, que metra nominabatur, hanc quicunq; uidisset  
eius amore protinus detinebatur, argento autem illius  
temporis homines prociq; insollicitan dis mulieribus  
minime utebantur, sed dabant alij quidem equeos, non  
nulli boues, quidam oves, uel quodcunq; ipsa, tanquam  
sibi magis gratum, uolueret, quo circa Thessali hoc  
uidentes, pāsim dicere consueuerant, congregatum  
scilicet Erisichthoni uictum opera ac beneficio Me-  
tre eius filie fuisse, que patri equeos, boues aliaq; per  
quam plurima expeditabat. Quibus ex rebus fabula  
comicta fuit.

## De Geryone. 25.

**G**eryonem tria capita habuisse dicunt, quod  
totum plane impossibile est, corpus aliquod  
esse quod tria habeat capita, sed tale quid omnino  
fuit? ciuitas in Euxino pōto est Tricarinia, hoc est,  
tricipitia nuncupata. Erat autem tempestate illa Ge-  
ryon inter alios homines nomine famigeratus, ut qui  
diuitijs, multisq; rebus maxime excellebat, boum inter  
cetera

cetera armentum per quam admirabile habebat, ad  
quod cum Hercules ut boues abigeret acceſſe, seſe  
illi opponentem Geryonem de medio suslulit, sicq; bo-  
ues abduxit, que omnibus eas, dum circumagerentur,  
inſufficientibus, magnam admirationem incutiebant,  
mediocris namq; illis magnitudo quædā inerat, à ca-  
pite quoq; ad illa usq; parue ſimeq; erant, cornua  
prorsus non habebat, ossa uero et longa et lata qui-  
dem apparebant. Percunctantibus itaq; hominibus,  
cuīs nam boues illæ effent, eas Herculem, Geryonis  
Tricarinij, hoc est, tricipitis existentes, abegisse non  
nulli aſſeuerauit, ex quibus dictu Geryonem ipſum  
tria capita dubio procul habuisse quidā existimabat.

## De Glauco Sisyphi.

**G**laucum quoq; ab equis consumptum fuisse  
tradunt, ignorantes scilicet equorum nutriti-  
orem hūc etiam fuisse, qui domes̄t̄ica bona nulla in re-  
curabat, quinimmo sumptus per quam maximos cum  
quotidie magis ac magis ficeret, consumptus est, sicq;  
nictus omnis, ac facultas postremo illi defuit.

## De altero

## De altero Minos Glauco. 27.

**E**T hæc ipsa quoq; fabulosa narratio tota ridet. Cula est, quod Glaucum, cum es mel bibens perijset. Minos pater intrâ sepulchrum, & una cum eo Polyidum domini medicum uiuëtem adhuc, dimerit. Qui quidem medicus, cum Draconem quandam mortuo Draconi cuiam herbam porrigitem, animaduertisset, qua illum ad uitam reuocabat, itidem ipse, eadem herba, in Glaicum facere orsus, cum ad uitam resurgere fecit, quod quidem nullo pacto fieri potest, impossibileq; omnino uidetur. Quod uero factum fuit tale quidpiam est: Glaucus cū mel biberet ualde perturbatus est, plurimq; illi cholera usque adeo moxa est, ut animus illi prorsus deficerit. Ad hunc ita male se habentem, quam plurimi alij medici, diuinitas sese consequi posse sperantes, uenerunt. Polyidusq; presertim, qui cum in memoria herbae cuiusdam natura haberet, quam à medico quodā, qui nomine Draco dicebatur, perceperat, hac eadem iusus Glaucum protinus saluti prisine restituit. Dicebant itaq; quidā hoc: animaduertentes, Glaucum ex potu mellis mortuum, & Polyidi curatione uitam reuocatum fuisse.

## De Glauco marino. 28.

**C**ANitur insuper, quod & hic Glaucus, cū herbam olim quamquam comedisset, immortalis est factus

est factus, & nunc quoq; in mari habitat, hoc autem credere herbam hanc Glauco duntaxat, nq; alteri cuiam ut assequeretur, contigisse, hominēq; in mari uel aliud quodpiam terrestre animal uiuere, puerile admodum est. Hoc habet namq; in se ueritas. Glaucus pescator, uir erat genere quidem Athedonius, urinatorq; præ ceteris eximus, qui uel cunctos sui temporis natatores in undis exuperabat. Contigit autem quod cum hic prope portum ante omnium conspectū, qui in ciuitate erant, nataret, ab omnibusq; uideatur, in locum quandam ei natare contigit, ut mox per aliquot dies, iusus ab amicis non fuerit, natansq; mox ab eis iterum iusus est. Querentibus ergo domitius eius, ubi nam locorum per ea tempora, quibus iusus non fuerat, habitasset, in mari se esse falso respondebat. Pisces preterea unum in locum plures cōcludens & occultans aduersabat, ut hyemali tempore quando reliqui pescatores nullos capere pisces poterant, solus ipse haberet. Ciubus ob id quoscurq; pisces exceptassent, sese protinus allaturum esse pollicebatur, sicq; & quos utiq; holuiissent eis statim afferebat. Glaucus ob id marinū uocitabatur. Qui mox in mari nusquam redeunte, Glaucum in mari uiuere atq; ibi confidere fabulati sunt.

## De Bellerophonte. 2.

**B**ellerophontem ab equo Pegaso, qui pennatus erat, gestari solitum fuisse tradunt. Mibi uero ab urdum prorsus uidetur equum uolitare posse, etiam si omnium animalium pennas sibi adiunxisset. Atque adeo si quandoque tale animal fuit, nunc etiam utique existeret, illum etiam Bellerophontem diuinitus Amisodarichimæram interfecisse, quæ quidem bellua erat, ut dicitur, prima leo, postrema draconis, media ipsachimera. Quidam uero existimat hanc feram fuisse tria capita habentem, quod impossibile est. Leonem scilicet similibus cum alijs animalibus cibis a'q; domesticis uit, quod uero mortalem naturam habuisse, ignemque eam ipsam spirasse dicitur, puerile est. Cui nam enim quæsio potissimum ex illis tribus capitibus in reliquum corpus potestatem fuisse dicendum est. Verum ergo ita habet: Bellerophontes Phrygus vir erat, genere quidem Corynthius bonus pulcherq; satis. Hic cum nauigium sibi preparasset, maritima circuusq; loca depredabatur, nomen autem nauis Pegasis erat, ut nunc quoque suum cuiuslibet nauigio nomen est inditum. Nomen autem id Pegasi nauigio magis, quam equo aptum fuisse uidetur. ea uero tempestate Amisodarus rex ad Xanthum flumen habitabat, sub quo altus

mons

mons Telmissus nomine erat, ad quæduo ascensus, per planicem, pascuaque ab anteriori ciuitatis Xanthiorum parte, erat, tertius retro à Caria, reliqua uero loca inculta inaccessaque prorsus iacebant, horumq; in medio hiatus terræ satis magnus erat, unde uel ignis utique superascendebat, his autem mons alias Chimeræra dictus adiacebat. Illo uero tempore, quemadmodum eius regionis incole narrat, ante planicem illam habitatam Leo quidam erat, retro uero Draco unus, qui pastores ambo circunquaque laedeabant. Ad quæ loca Bellerophontes accedens, montem expugnauit et Telmissus ab eo simul cõcrematus est, ferreque ille sic perierunt. Dicebant itaque eius loci habitatores Bellerophontem illuc cum Pegaso appulsum, Amisodarus chimera perdidisse, quo ex facto fabula conficta est,

## 3o. De Pelope et equis eius.

**P**elopem cum alatis equis Pisam, ut Hippodamiam Oenomai filiam despontaret, uenisse dicebunt. Ego uero eadem ferme de Pelope dico, qualia et de Pegaso quoque dixi. Si enim Oenomai Pelopis alatos equos uidisset, non utique illi filiam suam in uxorem, que talem currum ascenderet, præbere uoluisset. Dicendum itaque potius fuit, quod Pelops nauem im-

H 2

polies

pellens, quæ equis quibusdam alatis insculpta erat, ad Hippodamiam puellam rapiendam accessit, qua rapta fugiens uicebat. Talisq; super hac re fabula formata fuit.

## De Phrixo &amp; Helle, 31.

**N**arrant insuper Phrixo ab ariete prædictū fuisse, quod pater Athamas eum mactare in animo habebat, quo audito, sorore sua Helle secum ad uocata arietem ipsum cum ea inscendit, mareq; ambo fulcantes, in Euxinum pontū peruenierunt, quod quidem, ut credi posse, per quam difficile est, quod aries ueluti nauigium quodpiam esset, mare pernatare tanto presertim duorum hominum pondere onustus, potuerit. Et ubi namque so alimenta cibi, potusq; arietis, atq; illorum in mari esse poterat? Absit enim quod eos ullo pacto impastos et absq; cibo potuq; tāto tempore manere potuisse dicamus. Illud post hæc absurdum est, quod de Phrixo quoq; dicitur, quod salutis sue autorem, seruatoremq; arietem cum mactauisset pellem ei detraxit quam Aectæ muneris loco, ut filia eius in uxorem haberet, dedit. Hic uero Aectes Colochorum rex erat, vide autem quomodo tunc temporis pelles huiusmodi arietinæ rare apparebat, que Regem

Regem quoq; ad filiam propriam illi pro hoc dono, uelut eius dote in matrimonium dandam, impulerit. Licet eam usq; adeo magnificaret, ut nullius mariti connubio digna hactenus existimat. Nam uero quidam ut risum (quem pellis hæc mouere posset) effugiant, aurea hanc pellem fuisse adiungunt, quæ si aurea quidem fuissest; tanto minus à Rege capi, ut quā Phrixus ei peregrinus vir dabat, oportere videbatur. Dicitur quoq; ad hoc uellus arcuū Iasonē unā cum Greciæ proceribus nauem Argo nuncupatam, impulisse. Verum enim uero nego, Phrixus mihi tam ingratuus erga arietem benefactorem suum fuisse uidetur, ut eum perdere uelle sustinuerit. Neq; etiam si splendidissimum smaragdisq; plenum uellus hoc fuissest, uel propter hoc solū nauem Argo illuc Iasonem nauigando impulisse credendum est. Veritas itaq; sic sese habet. Athamas Grecorum exercitus in Phrygia præfatus erat, huic autem diuinarum suarū procurator, ac uelut custos erat vir quidam nomine Aries, quem præceteris fidelem sibi maxime esse existimabat. Is cum forte Athamanter de nece Phrixo paranda cogitare intellexisset, Phrixo id protinus significat, qui quidem hoc auditus, nauem actutum præparauit, et in ea diuitias perplures imposuit, simulq; Pelopis matrem in sedē nauis sibi adiungit, quæ Eos, hoc ist, Eurota dice-

H 3 batus

ecbatur, hec quoq; suis ex opibus atq; diuitijs imaginem auream cum sibi fecisset, eam naui imposuit. Quo factō simul cum his bonis Phrixus, Helle & Aries nautigantes abiere. Cōtigit autem, quod navigatione illa Helle puella p̄r imbecillitatem nimia deficiens, mortua est, à cuius nomi et mare illud Helleponii nomen hoc sortitum est. Illi uero cū ad Pharō peruenissent, sedes ibi posuerunt, ubi Phrixus Octa regis Colchiorum filiam in matrimonium duxit, cui dotis nomine auream illam Auroraē imaginem potius, & non pellē arietis auream dedit, hecque ueritas ipsa est.

De Phorcynis filiabus. 32.

**D**E filiabus quoq; Phorcynis per quam ridicula narratio circumfertur, uidelicet, quod Phorcyn ipse tres filias habebat, que uicissim uno oculo, quem dūntaxat inter omnes habebat, cum uidere illis opus erat, ut eabantur, atq; ita fiebat, ut quotienscumq; ex illis una oculo uti uellet, capiti suo illum insertaret, sicq; uideret, quo quidē cū illa satis usa fuisset, alijs eā uicissim tradere cōsueuerat, ita ut omnes hoc pacto uidarent. Cum autem Perseus ad illas forte accessisset, atq; eam que tunc oculum habebat, cunctanti gradu & tergo adortus esset, denudato ensi, ut sibi Gorgona ostenderent

ostenderent, petijs, mortemq; eis, nisi eam utiq; manifestarent, munitatus est. Ille uero mortem formidates eam protinus indicant, cuius caput ipse cum amputasset aëra uolando inſcendit, simulq; hoc Polideſte ostendens in lapidem eum mutauit. Quod quidē omnino ridiculum est, uiso defuncti capite uiuentem hominem lapidcum fieri posse. Quis enim quoq; ad hoc faciendum uis mortuo incēpsit autē tale quidam: Phorcyn uir quidam Cyreneus fuit, Cyrenel uero genere Aethiopes sunt, Cyrenemq; in ſuam, ex tra Herculis columnas exiſtentem, incolunt, Libyamq; arant iuxta Aunona fluvium, propeq; Carthaginem ſunt ualde diuites. Hic & horcys Herculis columnis, que tres ſunt, imperans, quatuor cubitorū ſtantuā auream Mineruē fieri fecit. Vocant enim Mineruam Cyrenei Gorgonem, ueluti Diana Thracis Bendiam, Cretenses Dictynam, Lacedaemonij uero Vepim. Verum antequam ſtatuum ipſa in Phorcys in templo cōſecrasset, moritur, tresq; poſt ſe natas reliquit, Sthenonem uidelicet, Eurialem & Medusam, que nemini in matrimonium ſe coniungere unquam uoluerunt, ſed uitam cœlibem degentes, ſubſtantiam omnē inter ſe diuifere, & quilibet uni ex tribus in ſulis imperabat, que ſibi in bonis contigere. Gorgonem uero ſtatuum illam auream Mineruē neq; in templo ſacra-

tam ponere, neq; diuidere uelle illis uidebatur. Quin immo apud unamquaq; illarum eam ipsam uicij im- ueluti thesaurum quēdam depositam, retineri debere consuerunt. Phorcyni uero socius quidā honestus bo- nusq; uir erat, quo suis in rebus uelut oculo uicbane- tur. Perseus autē ex Argo exul secū nauigia roburq; militare habens, maritima loca tunc populabatur. qui ratus Gorgonem hanc Reginam mulierim quandam esse locupletem quidcm, sc d quæ tamē uiribus imbe cilla esset, ad nauigat primum in portum, & stationē ibi nauium faciens, ea loca, que inter Cyrenē & Sar- dinia erāt, percurrit, ab unaq; ad alterā earū descen- des, Oculum ipsum capit. Intellexerat enim ab earē una se nihil aliud ex illis locis preterquam Gorgonē quæ magnam uim auri in se habebat, auferre posse. Puellæ igitur ipsæ postquam Oculum amplius in par- te, secundum sermonem prædictum, non habebant, in unum conuenerant iurantes (nam altera alterā ac- cusabat, quod Oculum detineret) Sed posteaquam se- se prorsus cum non habere cognoverunt, quid nam de eo utiq; factum fuisset, ualde admirabantur. Inte- rim ad eas ita consernatas, Perseus nauigat. Oculūq; ab eis quæsitum se habere significat, quem tamē illis se nullo pacto daturum ait, nisi prius ubi nam Go- gos sit, ab eis eductus fuerit. Minabatur ad hæc nisi hoc manifestarent

manifestarent, eas interficturū esse. Medusa non ostē furam se esse ait, uerum Stheno & Euriale ostenderunt, quare Medusam ob id Perseus interficit, illis nero duabus Oculum restituit. Cum itaq; Gorgonem accepisset, in partes eam plures dissecut, & trireme na, seruum ab se caput eius reposuit, ipsijs naui no- smen Gorgonis in didit. Cum qua mox per nauigans ab insulanis circunquaq; pecunias offerebatur, co quod omnes qui aliquid ci contribuere recusarent, in- terimebant. sic & à Seriphis, ad quos nauigādo per uenit, pecunias petiūt, illi uero in unum omnes se se, ut ei refierent, primo congregariūt, rursusq; cum ad eos in forum coactos Perseus accederet, Seriphon illi res linquentes abiérunt, ut ipse neminem omnino ibi in- uenerit hominem, sed lapides quidem factos, non autē viros amplius, quo circa insulanorum reliquis pecuniis si bī tradere denegabilius, dicere Perseus adsue- uerat: uidete ne, que madmodum Seriphij, Gorgonis caput uidentes, in lapides & uos muterint. Id nang- malum ipsi pafsi sunt.

## 33. De Amazonibus.

**D**E Amazonibus talia prædicantur, quod mu- lieres ille quidens non erant, sed uiri potius  
H 5 barbari

barbari, qui oblongas vestes et ad talos usq; demissas ad instar Thracensium mulierum gerabant, comamq; mitris continebant, ac barbas radebant, ob id autem ab hostibus in bello per cōtumeliam feminæ uocitabantur. Amazones autem, suæ naturæ sibi ingenita, strenui bellatores erant. Expeditionem mulierum istarum nunquam factam fuisse (quando & nunc quoq; nulla apparet) credere uerilimile est.

De Orpho. 37.

**F**alsus quoq; de Orpho sermo uulgatur, quod scilicet eum cybarizantē quadrupedes, aues, atq; arbores sequerentur. Id autem mihi tale quidpiā fuisse uidetur, quod Bacche furentes feminæ erant, que in Pieria ouium pascua dilaniabant, aliaq; plura mala uiolenter perpetrabant. Quæcum ad montana loca se receperint, plurcs ibi dies se continuerunt, ubi cum diutius permanerent, Cives sibi iā ipsis suisq; mulieribus ac filiabus mali aliquid ab eis timentes, qui Orpheum accirent, mitunt, illumq; cogat, ut aliquid, excoigitando machinari uelit, ut quo modo posset, furentes feminas è montibus deuiceret, qui quidē Orpheus cum Bacchi sacra solennia ordinauit, et cithara sono Bacchantes illas demulcens, è montibus fecū deduxit.

deduxit, si uolas quidē primum habentes, sed quæ cā è montibus descenderent, diuersarū arborum ramos secum gerabant. Quod spectaculum uidentibus hominibus incredibile admiratione affrebat. Nāq; primo affectu illo, deducta ab eis è montibus ligna, arbores, que reuera descenderēt, esse uidebantur. Quā obrem qui talia perspiccerent, ita secum dicere consuerant. Orpheus citharam pulsans ex monte syliuā ad se ducit, atq; ex hoc tantū fabula ipsa cōposita fuit.

35. De Pandora.

**N**on tolerabilis de Pandora sermo diuulgatus est, quod cum ipsa ex terra formata fuisset, alijs quoq; feminis similem ipsa formam dederit. Mihiq; hoc potius sic fuisse uidetur, quod Pandora mulier Græca fuerit ualde diuina, que quotiens domo exibat, se plurimum exornare solebat, atq; in primis pigmento quodam ex terra confecto se perungens utebatur. Resq; ipsa omnino sic se habet, nec alio quopiam modo. Quanquam sermo hac de re factus, ad impossibilia quædam conuersus fuisse uideatur.

36. De generatis ex fraxino.

**E**t quid quæso uilius magisq; stultum est quædam primum genus hominum ex fraxino generatum esse

*esse dicere? Si quidem Melius vir potius quidam nos  
mūne fuit, à quo Melius seminæ denominatæ fuerunt.  
Quemadmodum ab Helleno Hellenes Græci, & Io-  
nes ab Ione dicti sunt. Ferreas insuper atq; enras,  
quod dicitur, etates tunc fuisse nunquam omnino exis-  
tūmandum est.*

## De Hercule. 37.

**D**icitur quod ex se ipso Hercules folia quædā  
habuit, ipse igitur Phyllires dictus, & si pri-  
vatus huiusq; fortis existaret, cogitā tamē quorsum  
illa Hercules gestaret, combusit, sicq; ratio inde trae-  
cta est hoc modo.

## De Ceto. 38.

**D**E Ceto hæc quidem memoratur, quod Troi-  
nos ē mari exiens inuadebat. Et si quidem ei  
puellas aliquas Troianæ obtulissent, ab eis recedebat,  
( si minus ) eorum totam regionem deuastabat. Quā  
vero id fatuum sit credere, Troianos filias proprias  
Ceto exponere solitos fuisse, quis nō uidet? virū namq;  
potius magnum quempiam nomine Cetum hunc fuisse  
dicendum est, qui cum rex esset, multum roboris uia-  
riumq;

*Nimq; habens, ac in re nauali ualde potens, Paludē  
quandam in Asia, quam Troiani possidebāt, circa ma-  
re subuerit. Tributumq; ab eis sibi ob id persolueba-  
tur, quod quidam Dasmon, hoc est, uectigl uocant.  
Argento autem eius temporis homines minime uebās-  
tur, sed uasis solum, ac supellecīle omni alia. Imperde-  
uit ideo rex ille, qui Ceton nomine dicebatur, ut ciuita-  
tes quedam tributi nomine Equis sibi darent, aliae ne-  
ra puellas miterent. Hunc uero regem, cui nomē erat  
Cetō, barbari Cetum uocabant, hic circunquaq; loca  
illa adibat, & debito necessarioq; tempore tributum  
ab iis promissum exigebat. Quod si quæpiam ciuita-  
tes persoluerent recusarent, eorū regiones ac loca ma-  
le tractabat. Peruenit & is quoq; ad Troiam, eo pos-  
tissimum tempore quando Hercules illuc etiam exer-  
citum Græcorum habens uenit. Vnde Herculem tunc  
Laomedon rex in Troianorum præsidium, conduxit.  
Cetō uero exercitum suum cum impetu in eos duxit.  
Cui cum obuiam Hercules & Laomedon cum copijs  
suis facti essent illum interficerunt. Q[uo]d ex facto ser-  
uo fabulosus confictus est.*

## De Hydra.

**I**llud quoq; super Hydra dicitur, quod Lerneus  
serpens erat, quinquaginta capita unicung; diue-  
tare.

taxat corpus habens. Et postquam ex illius tot capiti bus unum excisum fuisset, duo alia ibi capita repulsa lare solita fuisse. Cancrūq; insuper illi, aduersus Herculem Hydrām occupantem, auxiliatum fuisse. Si quis igitur sit, qui talia fuisse omnino persuadere sibi posse, fatuus hic quidem est. Verū namq; hoc habeat? Lernus rex erat, habitabant autem omnes homines tunc temporis in pagis, et unicuique locorum istorum reges sui praeerant, Stenelus uero Persei filius, Mycenæas locum maximum et hominum frequentia habi- tatum, tenebat, huic Lernus rex minime subiici uolebat, bellum ob id inuicem ambo gerebat, in ingressu autem regionis eius Lerni oppidulum quoddam fortissimum erat, quod quinquaginta viri fortes sagittarii cu[m] die bâti, quos intra turrim inclusaverat, ac diurno nocturnoq; tempore pro praesidio eius loci detinebat, nomen huic oppidulo Hydra erat. Ad hunc locum expugnandum Herculem Eurystheus mittit, qui castellum ipsum expugnauit. In hac uero oppugnatione sagittarii qui inturri erant, igne in hostes demiscebant, sagittasq; e turri iaculaabantur. Et quotienscumque uenerat, ut ex illis sagittariis quispiam vulneratus caderet, duo statim alij in demortui unius locum assurgebant, et hoc quia fortissimus is esse credebatur, qui antea ceciderat. Posteaquam uero ab Hercule Lernus in

nus in bello uiribus inferior premise uidit, externi exercitus auxiliū conductitur, Carcino duce quodam, qui uir magni roboris ac bellicosus, auxilium afferens, una cum Lerno iunctis copijs suis in Herculem impetum fecit, cui quidem Herculi iolaus iphicli filius, atq; ipsius Hercules nepos, Thebanorum exercitum habens, auxilium quoq; tulit, sicq; cum ad turrim Hydræ oppiduli impetu factō accessisset, incendio illam concremauit, taliq; robore militari eos Hercules expugnauit, et Hydræ ipsam diruit, omnem unā exercitū perdidens. Quia ex re gesta sermo talis ab ijs, qui Hydræ serpentem fuisse scribunt, et fabulam huiusmodi configunt, forma:us fuit.

#### 40. De Cerbere.

**C**erberum canem fuisse tria capita habentem narrant. Manj: stū tamē est, quod hic et Cerberus, quemadmodum Geryones à ciuitate Tricaritia, hoc est, tricipite nuncupata, denominatus est. Diccebant uero homines pulcher magnusq; canis ille est Tricarinus, hoc est, triceps Cerberus, de quo illud quoq; dicitur, quod Hercules olim ipsum ab inferis deduxit. Sed tale potius quiddam fuit: Geryoni cumibus suis canes magni ac iuvenes simul erant, quorum

uni

uni Cerberus nomen erat, alteri uero Orus, hunc Oasum nuncupatum Hercules in Tricarinis ciuitate ante quam boues ipsas abduceret, interemit Cerberus uero solus boues sequebatur. Hunc cum Myceneus sibi quidam Molottus nomine percuperet, primū quidem ab Euristho sibi illum dari petit, eouero uolente, pastores inducit, ut canem ipsum in Laconia iuxta Tenaron sub spelunca quadā retinere uelint. Quod cum fecissent, ex suis canes quasdam feminas ad coitum cum illo mittit. Hoc eodem tempore Eurystheus Herculem ad Cerberi canis inuestigacionē misit. Qui cum uniuersam Eloponneſum circumlustrasse tamdem ad locum ubi Cerberum canem esse sibi dictum fuerat, peruenit, ubi descendens canem ex antro abduxit. Dicebant itaq; homines, quod Hercules per anerum quoddam ad inferos descendisset, canemq; ab inferis ad auras traxisset.

De Alceste. II.

**T**ragedia dignus de Alceste sermo narratur, quod cum forte moriturus Admetus esset, mortem sibi pro illo Alcestes elegit, quodque Hercules, dilectate matus, cum ab inferis reduxisset, Admeto resuuit. Nisi uero neminem, mortuum quempiam ad uitare

tame

Bam reuocare posse uidetur, sed tale quiddam fuit posteaquam Peliam patrem filie interemerunt, et sius eiusdem Peliae filius, illas persecubatur, quas nulio tamē pacto comprehēdere potuit, Alcestis eiērim ad nepotem cuius Admetum et heras confugit, ad quē locum cum Acastus quoq; uenisset, qui eam persecubatur, et ab Admeto, qui tum forte ad ignē sedebat, eam de ditissimā sibi dari petiisset, minime tradere illi eam uoluit. Quamobrem indignatus, castus, ualidis simum exercitum, quem in Admetum sisteret, comparat, atq; urbem eius oppugnat. Quod uidens ad metus multos secum ductores ac milite habens, extra ciuitatem, ut eis se se opponeret, egreditur. Sed accedit ut uiuus nocturno tempore ab Acasto conprehēderetur, qui ei quoq; captiuo morte minabatur. Quā rem cū Alcestes interlexisset quod Admeto propter eam mors imminaret, egressa protinus se ipsam Acasto ultra dedit, qua comprehensa, Admetum ille liberavit. Dicebant itaq; homines, uirago Alcestis stōte quidem pro Admeto mortua est. At hi q; prorūs, quod fabulosē super hac re commentum suū uerum habentur. Atq; adeo cum per illud tempus Hercules forte Diomedis equas quodam ex loco duceret, per eā Thessalie loca iter fecit, hōstītūq; ab Admeto suscepitus est, a quo lugente cum Hercules Alcestis cala-

A

mita est.

mitatem intellexisset, miseratione eius motus, Alcesto, se se opposuit, eiusq; exercitu omnem delevit, & quae cunq; illi spolia abstulit, inter suos ipsius exercitus milites duxit, Alcestēq; recuperatā Admeto restituit. Dī cebat itaq; homines, quod Hercules ultro à morte Alcestin liberauerat, & ex hoc facto fabula formata fuit.

## De Zetho. 7. 2.

**C**um pleriq; alij tum maxime Hesiodus tradidit, quod Thebana mœnia Zethus & Amphion cytharæ sono struxerunt: Eximiant vero quidam illis ipsis cytarizantibus lapides sponte sua mœnia inscendere solitos fuisse. Re uera tamen hoc ita res habet. Cytharædi Zethus & Amphion perfecti erant, artēq; suam mercede in uitati ostendebant, argentum autem illius temporis homines cum minime haberent, iubebant Amphion & Zethus, quod si quis eos cytharizaret audire uellet, pro præmio ad murum construendum accedens in eos se exerceret, neq; enim lapides ibi cytharæ sonum audituri stabant, nec sine ratione aliqua homines etiam dicere consuerat: lyrae beneficio Thebanum mœnum constructum fuisse.

## De Ie.

## De Ie.

**E**x muliere Io bovem factam esse, Oestroq; agi tam ex Argō in Aegyptium mare peruenisse dicunt. Verum autem hoc habet: Io Argivorum regis filia erat, huic ciues honorem hūc dederant, quod Argive Iunonis sacerdotem fecerant. Verum cum prægnans facta esset, patrē & ciues uerita, ē ciuitate protinus aufugit. Argivū uero ad eam inquirendam urbe excentes, & ubi eam inuenierunt, comprehendentes in vinculis habebat. Dicebant autem id uidētes, quod Io tanquam bos furens in Aegyptium aufugit, ubi cuncte peruenisset, peperit, indeq; fabula conficta est.

## De Medea.

**M**edea, ut dicitur, seniores homines eoquens iuuenes eos faciebat. Fuit uero simile quidam Medea talis nature florem quendam prima inuenit, qui capillos albos nigrōsue faciendi potestatem habebat. Quibuscumq; igitur hominibus, qui ex canicie exire delectarentur, nigros capillos apparere faciebat. Prima quoq; hec experimentum calidi lauacri cuiusdam uim medicam habentis, inuenit, que uolentibus omnibus medebatur, atq; hec non in publico, sed clame quidem agebat, ne quis medicorū talia addiscere posset.

set. Huic uero cōpositioni qua utebatur, nemen erat Parepsis, hoc est, decoctio. Quicūq; igitur homines hac decoctione utebantur, agliores prorsus magisq; sani sibant. Ex hoc, Medea p̄parationem hāc quae cunq; uidebant, rebates scilicet, ligna, & ignem, quod homines Medea elixando coqueret, existimabāt. Per dias uero homo senex & imbecillus hac decoctione cū usus fuit, quod eam sustinens p̄fēcētus debilitate non potuit, consumptus est.

#### De Omphale. 45.

**Q**uod Omphale mulieri Hercules seruitur dicitur, quā quidem sermo stultus est, cū & ipsi Omphale & cæteris super illam existentibus maioriis conditionis hominibus Hercules imperare potuerit. Tale quidpiam igitur factum fuit: Omphale iordanis Lydie regis filia erat, quæ cum Herculis robur maximum audiuit, ad eum amandū inducta est, ad quā eu n appropenquaasset, Hercules pari quoq; modo firme illius a nore captus est, mixtiq; simu' sunt, atq; ex illius complexu Laomedonem filium Omphale genuit. Lætatus uero Hercules, & ex illa voluptatem capiēs, ea n loco sui imperare finebat. Quod stulti uidentes Hercules Omphale seruire crediderunt.

#### De Cornu.

#### 47. De Cornu Amaltheæ.

**C**ornu Amaltheæ secum Herculem ubiq; porta re solūtum fuisse aūt, cuius beneficio que cūq; nobebat, sibi siebant. Veritas autem sic: Hercules cum ad Iolaum nepotem suum per Boeotiam iret, in Theba p̄ijs moratus est quodam in hospicio, ubi mulier foris mōsa et honesta nomine Amaltheæ erat, cuius formæ delectatus cum Hercules esset, per aliquod ibi tempus hospitatus est. Quidcumque Iolaus grauiter ferret, pecunias quasdam, quas ex lucro Amaltheæ faciebat, in cornu quodam accumulatas ei auferre excogitat, is etenim pecunijs que cunq; Hercules uolebat ei Amaltheæ emebat, peregrinu' itaq; illuc simul diuertentes, Hercules cornu Amaltheæ habuisse dicebant, ex quo que cunq; uoluisset sibi ipsi emebat, atq; inde fabula confusa est.

#### 47. De Hyacintho narratio.

**H**yacinthus adolescens Amicleus erat, pulcher & honestus satis. Hūc & pollo quidē uidit, uidetur hūc Zephyrus, amboq; illius formæ amore capti sunt, in eiusque gratiam & honorem certatim artes uterq; suas illi exhibebat. Sagittabat namq; Apollo, Ze

13 phyrus

phyrus uero spirabat, sed ab illo cantus et uoluptas ueniebat, ab hoc uero timor non nisi ac perturbatio sibi erat. Itaq; in Phœbi amore, se iuuenis inclinat, ob idq; Zephyrum pre Zelotypia ad bellum armare fecit, post hæc quedam Hyacintho exercitamenta cum Apolline erant, in quibus cuiususcum exercebat a Zephyro sibi maxime timendum erat, Discoq; præserat, quem cum adolescentis lusu Deus præparasset, et ab illo iam descendisset, a puerorum maxima leuaretur, Zephyri fraude in cùipsum decidit, qui ita mortuus est. Terra uero tante calamitatis memoriam illo modo desertam omittere non debuit, quin pro adolescentulo, quod fecit, florem Hyacinthi nominis emiteret, in cuius quidem folijs eius ipsius Hyacinthi nominis principium inscriptum fuisse memorant.

#### De Marsya narratio. 43.

**M**arsya uir agrestis erat, qui Musicus tamen factus est. Nam cum Minerua tibias odio haberet, quod de pulchritudine non nihil, cum eas inflabat, sibi auferrent, ut ex fonte qui imaginè ei suam reddebat, agnouit, illas abiecit, quas cum Marsya flor accepisset, labris suis admovevit. Ille uero diuinum quendam donum, etiā inuito illo, qui eas inflabat, per se emitte-

re emittebant. Existimabat uero Marsyas ex arte potius sua sonum illum fieri, quod quod diuina illis uis quædam inesset. Quare hac persuasione imbutus musas id quoq; i psas, atq; adeo etiam Apollinem ad certamen inuitabat, quos nisi sono tibiarum superasset, uiuere se neutiquam uelle amplius dicebat. Quare cum in certa mē deus Apollo descendisset, Marsyas uincitur, simulq; cum uictoria pellem excoriatus depositus. Vidiq; ego in Phrygia flumum ipsum Marsyam ab eius ipius nomine dictum, cuius cursum ex Marsya sanguine fieri Phryges dicebant.

#### 47. De Phaone.

**P**haonis uita omnis circa nauigia ingredi mariti ma erat, portitor namq; in mari fuit, quo in officio nullum unquam delictum in quempiam perpetrat. Modestusq; adeo erat, ut à nemine portoriū rea peret, qui soluendo non esset. Morum autem iñsus ad miratio quedam apud Lesbios erat, simulq; hunc deus laudauit, Deum autem Venerem uocant, quæ cum se nescientis hominis, hoc est, mulieris formam atq; habbitum induisset, ad Phaonem accessit, degens nauigatione ne uerba cum ipso facit, ac ut eam nauis sua traiicit, petit, ille uero, in deseruendo ei, celeritate usus quam

primum illam traxit, primumq; nullum ab ea petiit.  
Quod igitur post hec tali pro munere egit Venus &  
Phaonem certe ex scene formosum iuuenem illum se  
eisse dicunt. Atq; hic quidem Phaon ille est, cuius amo  
re cum expta Sappho esset, sese interirens amorem  
illum in sanguinem mortoremq; conuerit.

## De Ladone narratio. 50.

**T**ERRÆ uisum fuit cum Ladone fluvio ad culturæ  
descendere, et posteaquam cum eō se miscuit,  
ex eius cōpresso concipiens, Daphnem gignit. Hanc  
Apollo Pythius amauit, uerbāq; amatoria ad illam  
faciebat. Sed cum ipsa castitatem seruare uellet, illum  
mūmine audire uolebat, necessarij ei ob id erat puellam  
auersantem insequi, ueluti sic illam deniq; perseque  
batur, que cum fugeret, denegare ei quicquam non  
prius ausa est, quā in terra matrem suam in auxiliū  
aduocaret, à qua precibus petebat, ut sese iterum in  
trafase admitteret, ac in eadem uirginitate tam, que  
lis nata erat, custodiret, quod et mater fecit, Daph  
ne n, namq; intra se oecultauit. Post uero tempus illud  
è terra egressa Daphne, arbo: q; facta eodem in loco  
pull'abat, cuius ramis, cum propter amoris impa  
tientiam, deus inhaereret, illi quo minus in laurum cō  
mutaretur.

mutaretur resistere nullo modo potuit. Nā manus illi  
uisia intra arborei runcū cōprehendi, caputq; et re  
liqua corporis frondibus ornari coepere, sine quibus  
lauri folijs, ut dicitur, Tripos in Bæotis, ubi antrum  
erat, nulla modo erigipotera.

## De lunone.

**V**NONEM deam eorum habere patrocinium, ac et  
uitatis custodiam Argii existimat, propter quod  
publicum festum in eius honorē ritu atq; ordine solē  
ni concelebrant. Huius autem pompe ordo erat, ut  
currum lunonis colore albiantes boves ad templū  
traherent, in quo currū sacerdotem quoq; esse opere  
tebat, templūq; ipsum, ubi ei sacrificium fierbat, ex  
tra urbem erat. Quodā uero tempore cum forte ad  
hac solennia sacra Iuno ferri deberet, ac propter al  
bicantium boum penuriam, ritus atq; ordo ille sole  
na claudicans, obsecruari non posset, sacerdos illorū  
defectū ita emendauit: Nā cuius filios quosdā adulesce  
tes haberet, ad instar bov̄, lunonis plaustrū eos sub  
ire fecit. Posteaquā igitur que à bovis fieri debebāt,  
à filijs facta sunt, illorū mater sacerdosante lunonis  
deæ simulachrū supplex stas, laboris mercedē liberis  
suis à dea dari petiit, ueluti data illis à lunone cōdile

gna mereeſ fuit ſomnus namq; ut fertur, pro premio  
illis datus eſt, qui nitæ quoq; illorum finis exiui.

Finis utilis compositionis Palephati de non credēdis  
falsis narrationibus Philippo Phasianino interpret.

DE PALAEPHATO NON NUL  
la eiusdem Philippi Phasianini, ad  
Lectorem.

**P**alæphati huius à nobis de Greco in latinū idio  
ma translati, præter Eusebium, autorē prouera  
biorum Græcorum, & ceteros, mentionem à Suida in  
collectaneis ita fieri obſeruauimus. ταλαιπότες  
τοπίος ή πρινεύς γεγονός κατάκρτας ἐγένη από  
τοπίο Βιβλία. τινες δὲ ταῦτα εἰς τοποθετίους  
νερφέρουσι. hoc eſt, Phalephatus Pariſis ſive Prieneſis  
tempore Artaxerxis fuit, incredibilium libros quinq;  
ſcripſit, quidam tamen hæc in Athæneum referunt.  
Celebratur quoq; alijs quidam nomiae Palephatus  
Abydenus historicus temporibus Alexandri magni,  
qui inter cetera, ſolutiones interpretationesq; fabu  
la-um ſcripſiffe tradidit. Item & tertius quidam eius  
domini nomine Poëta Athenis, Palephatus fuit, qui de  
ſitu

ſitu orbis & de contētione Minerue ac Neptuni ſcria  
plit, ut in monumentis Græcorum habetur, de quibus  
tamen nihil ad rem præſentem. Huius Palæphati no  
ſtri autoritate atq; testimonio Virgilii eo carmine ex  
Ciri ad Messalam uſum fuſſe tradidit. Docta Palæpha  
tia teſtatur uocē papirus. Hunce uendem Probus inter  
pres Maronianus, citat ſuper expositiōne illius Vir  
giliani carminis ex tertio Georg. Frena Peleſhroni La  
pithe girosq; dedere & c. ubi opinionem Palæphati  
de centauris, quemadmodum & Scruius & alij qui  
dam, probat. Admonendus eſt tamen lector, ut apud  
Probum ubi p. ſim legitur Palæphatus in libro Ari  
ſton, ſciat legendum eſſe Apifon, quando libri eius  
ita appellantur à Suida Βιβλία ἀπίστω, id eſt, libri  
incredibilium, ſeu incredulorum, utquidam exponunt,  
uel ταπίστω πατοπίω, id eſt, de non credendis  
historijs, uel falsis narrationibus, it: enim omnibus  
hīſcē nomīnibus ac titulis libri iſti circumfruntur, cla  
tanturq; ab eruditis. Hunc autem Palæphantum, ut ex  
Suidæ uerbis colligimus, libros quinque ſcripſiffe ap  
paret, quemadmodum quidam huius librum primā  
uel ſecundum incredibilium citant, penes quos forte  
omnes iſti libri integri eſſe debent, quorū paucula  
hæc, que ad manus noſtras iam decem anni ſunt, ope  
ra Aldi Manutij peruenient, fragmenta quædā ueri  
us eſſe

us esse, quam legitimū opus eius constat, que etiā cor  
rupta mutilataq; pluribus in locis ita sunt, & ea ma-  
xime in parte ubi de Hercule agitur, ut uix percipi-  
eruditorum etiam iudicio, posset, nisi pro captiu in ge-  
niū cuiusvis, quid paucula illa, & alia quedam ambi-  
gu i sibi uelint. Que omnia calamitati temporum (ut  
pleraq; alia) accepta quidem referimus, que omnibus  
ferme bonis operibus & latinis, & genetis semper  
insidiata est. Ut plura ad nos uel sine capite, ac mem-  
bris mutilata imperfectaq; transmiserit, quorum repa-  
rationi ne ipse quidem Aesculapius, qui mortuos etiā  
ad uitam revocabat, subuenire atq; occurrere posset.  
Ego uero quantum in me fuit in his transferendis o-  
peram dedi, ut culpa carerem, utque fideliter magis,  
quam ornate interpretarer. Quibus si maior tamen  
diligentia requireretur, non mihi magis quam tempo-  
ris in uriae uito detur. Atq; adeo (ut quod sentio se-  
mel dicam) quis ab aliquo Grecorum hominum hec  
Palæphati scripta interpollata suppressaq; fuisse non  
antiqui; etiam credere posset: Et enim cum ipsi de menda-  
cio i ampridem male semper audiuerint, eorum uani-  
tates, quod Palæphatus facit, testimonio quoq; suorum  
detegi, atq; redargui non sine graui molesta eos audi-  
re posse, nec non incredibilium libros hosce mirandū  
immodum detectari contendem. Sed ut serio Grec-

eos quandoq; ipsos, cuius lingue studiosus semper fuit,  
ab ijs etiam que sibi obijicuntur, purgatos reddam  
nō esse mendacio cis omnia ascribi patiar, & ut in eis ei  
non nō sic mendacijs uitio carere eos ostendam. Tale  
quidpiam illos in fabulosis narrationibus suis obser-  
uare uoluisse crediderim, quale iurisperiti illi primi,  
quod Cicero cū alibi, tum in libris de Oratore memo-  
rat, obseruauerūt, qui obtinendæ atq; argendæ poē-  
tice sua, artem suam peruulgari solebat, nisi Gn Fla-  
vius primus eam propalasset, qui ob id cornicū or-  
culos confixisse dictus est, ita res suas Græci sub corti-  
ce figmentisq; fabulosis occultantes, idiotas homines  
in sterijs suis arcere, ac propulsare studebant. Que  
quidem Palæphatus ad Gn. Flauij instar (suos ueluti  
prodens) diuulgare non dubitauit, fabulas omnes,  
que super ueritatem ipsi confite fuerant, nō q; fidem  
capiebant, ad historię sensum ac ueritatem referens.  
Cui tamē i (cum Grecus & ipse sit) dubium quibus-  
dam scio, uideri posse, an fides eadem eius, que certe  
rum Grecorum sc̄iptis adhiberi debet, quin idē  
quocq; in taxandis aliorum mendacijs uanis ac n. ē. a. z.  
apparet, nēne ex fabulis fabulas confingeret, ac mē-  
dacijs mendacia aſſtrueret uoluisse uidetur? Qua m-  
re, ne tale quidpiam de se crederetur, in p. a. fatione  
operis sui ad omne dubium prorsus tollendū eaſe dñe  
taxat

148 PALAEOPHATVS  
taxat scribere, que occulata fide niderit, quae ab aliis qui ad ea uidenda profici essent, audiuerit, testatur. Quae res magna credulitatis fidem ei dubio producit arrogat, sed; à labe illa mendacij plane eximit. Tā tūj; abest, ut Græcorū more uanus ipse esse, aut aliorum uanitates confouere uelit, ut suorum etiam mendacia detegere, & in mediū allata, suscepta etiam ad hanc uidenda, ut Pausanias, Plinius, & alij factitarūt, peregrinatione, confutare non dubiter. Vt cūq; nero res sepe habeat, & qui bonis lector consulat,  
rogamus.  
Vale;

BASILEAE EXCVDEBAT NEN

RICVS PETRV S, MEN

6 E M A R T I O

ANNO

M D XXXVI.

